ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ
ܦܝܠܘܟܣܢܘܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܡܒܘܓ
ܡܐܡܪ̈ܐ ܥܣܪܐ

ܥܠ ܚܕ ܕܡܢ ܬܠܝܬܝܘܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܐܬܓܫܡ ܘܚܫ

SANCTI PHILOXENI EPISCOPI MABBUGENSIS

DISSERTATIONES DECEM

DE UNO E SANCTA TRINITATE INCORPORATO ET PASSO

TEXTUM SYRIACUM EDIDIT LATINEQUE VERTIT

Mauritius BRIÈRE

DISSERTATIO I[a] ET II[a]

NIHIL OBSTAT

Die 29a octobris 1920.

R. GRAFFIN.

PERMIS D'IMPRIMER

Paris, le 29 octobre 1920.

E. THOMAS,
Pr. ap.

AD LECTOREM

Doctrina quae Monophysismus[1] nuncupatur et ab Eutychianismo accurate discernenda est, primos auctores habuit v° seculo iam vergente Dioscorum et Timotheum Aelurum Alexandrinos patriarchas et vi° seculo ineunte Severum Antiochenum patriarcham et Philoxenum episcopum Mabbugensem, qui adversus concilium Chalcedonense (anno 451) pugnarunt. Catholicis vero ad scripta propugnatorum cuiuscumque haereseos delenda semper adnitentibus, quae de operibus graece scriptis Dioscori, Timothei maximeque Severi supersunt, sparsa reperiuntur et praecipue in syriacis translationibus ad nos pervenerunt. Philoxenus autem syriace scripsit, et hac de causa minime mirum est si pleraque sua opera non evanuerunt et in multis codicibus asservantur[2].

Pauca sunt Philoxeni scripta quae usque in hunc diem edita sunt[3].

Opus quod hoc fasciculo incipimus in vulgus emittere, in duobus codicibus continetur quorum unus (Vat. Sir. 138 = V) Romae in Bibliotheca Apostolica Vaticana et alter (Ms. Add. 12164 = L) Londini in Britannico Museo exstat. Textum syriacum de his duobus codicibus sumpsimus, variis lectionibus neglectis quae ad orthographiam, non autem ad sensum pertinent, et Domino J. Babakhan, viro linguae syriacae peritissimo, maximas agimus gratias, quod textum punctis vocalibus instruxerit. Omnibus viribus studuimus ut translatio nostra vera sit et imprimis quaeque vox theologica uno eodemque verbo exprimatur.

Huic scripto Philoxeni titulum servavimus qui ab Assemani inscriptus est : *De Uno ex (Sancta) Trinitate incorporato*[4] *et passo dissertationes X*. Cum

1. Cf. Joseph Lebon, *Le Monophysisme sévérien,* Louvain, 1909. — 2. Cf. Rubens-Duval, *Anciennes Littératures chrétiennes, La littérature syriaque,* 3° édition, Paris, 1907, pp. 354-356, et fusius, Assemani, *Bibliotheca Orientalis,* Roma, t. II, 1721, pp. 10-46. — 3. I. Guidi, *La lettera di Filosseno ai monaci di Tell 'Addâ (Teleda),* Roma, 1886. — E. A. W. Budge, *The Discourses of Philoxenus, bishop of Mabbôgh,* t. II, London, 1894. — A. Vaschalde, *Three Letters of Philoxenus, bishop of Mabbôgh,* Rome, 1902, et *Philoxeni Mabbugensis Tractatus de Trinitate et Incarnatione* (Corpus script. christ. oriental., series 2ª, t. XXVII), Paris, 1907. — 4. Assemani : *Incarnato.*

fasciculus noster duas dissertationes tantum complectatur, quod proemium nobis proposuimus scribere, peracta editione. proferemus, benevolumque lectorem rogamus ut summarium operis ab Assemani[1] compositum perlegat.

Mauritius Brière.

Insulis, 15 iunii 1920.

1. Vide Assemani, *Bibliotheca Orientalis*, t. II, pp. 27-30.

* ܬܘܪܨܐ ܘܦܘܢܝ ܦܬܓܡܐ ܕܩܕܝܫܐ ܦܝܠܘܟܣܝܢܘܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܡܒܘܓ ܕܥܒܕ ܠܘܩܒܠ ܐܢܫ ܕܟܕ ܐܝܬܘܗܝ ܒܗܪܣܝܣ ܕܡܢܝܟܝ̈ܐ
ܥܩܝܠܐ ܦܪܨܘܦܐ ܢܣܒ ܡܛܠ ܕܐܬܓܠܝܬ ܗܪܣܝܣ ܕܝܠܗ: ܘܐܡܪ ܚܠܦ ܡܠܦܢܘܬܗ ܕܢܣܛܘܪܝܣ ܘܥܒܕ ܠܘܩܒܠ ܐܓܪܬܐ
ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܕܐܬܟܬܒܬ ܡܢܗ ܠܕܝܪ̈ܬܐ. ܘܬܘܒ ܗܘ ܟܬܒ ܗܠܝܢ ܘܡܐܡܪܐ ܕܐܬܪܡܝ ܗܘ ܠܘܩܒܠ ܐܓܪܬܗ ܦܪܫ[1] ܀ * L. f. 1 v° a.

* CONFUTATIO ET RESPONSIO SANCTI PHILOXENI, EPISCOPI[1] MABBUGENSIS, QUAS FECIT ADVERSUS QUEMDAM, QUI, CUM IN HAERESI[2] MANICHAEORUM ESSET, SOLERTER PERSONAM[3] TULIT, PROPTEREA QUOD SECTA EIUS DETECTA EST[4], ET PRO DOCTRINA NESTORII DIXIT ET (TRACTATUM) COMPOSUIT ADVERSUS EPISTULAM FIDEI AB EO (PHILOXENO) AD MONASTERIA SCRIPTAM. ET IPSE ITERUM HAEC SCRIPSIT ATQUE TRACTATUM ADVERSUS EPISTULAM SUAM CONIECTUM CONFUTAVIT. * L. f. 1 v° a.

DISSERTATIO PRIMA : DE CAUSA CODICIS

* ܣܒܪ ܐܢܐ ܕܣܓܝܐܐ ܐܢܫܝܢ
ܕܝܕܥܝܢ ܒܨܒܘܬܟ: ܠܓܠܝܢ ܠܝ ܒܗܢܐ
ܕܗܫܐ ܡܫܪܐ ܐܢܐ ܠܡܥܒܕ: ܕܦܘܢܝ
ܦܬܓܡܐ ܠܘܩܒܠ ܡ̈ܠܐ ܣܪܝܩܬܐ
ܕܛܠܝܐ ܒܟܬܝܒܬܐ ܨܒܐ ܐܢܐ. ܐܠܐ
ܡܛܠ ܕܐܢܫܝܢ ܡܢ ܪܥܝܢܐ ܕܛܠܝܘܬܐ
ܐܣܒܪܘ ܥܠ ܡ̈ܠܘܗܝ ܕܛܠܝܐ ܕܡܕܡ
ܐܝܬܝܗܝܢ: ܐܬܚܒܨܬ ܐܦ ܐܢܐ ܕܐܒܛܠ
ܠܗܝܢ ܗܫܐ: ܠܐ ܡܛܠܬܗܝܢ: ܐܠܐ
ܡܛܠ ܝܘܬܪܢܐ ܕܐܚܪ̈ܢܐ ܘܡܣܒܪܢܘܬܐ ܣܪܝܩܬܐ ܕܗܘܬ ܠܗܘܢ ܠܒܨܝܪ̈ܐ܀

ܡܐ ܓܝܪ ܕܚܕܐ ܙܒܢ ܦܢܬ ܠܗ ܪܥܝܢܐ
ܡܢ ܛܥܡܐ ܕܗܝܡܢܘܬܗ ܕܡܫܝܚܐ ܘܐܬܐܚܕ
ܒܟܘܪܗܢܐ ܕܛܥܝܘܬܐ: ܡܫܬܚܠܦܝܢ
* ܠܗ ܛܥܡ̈ܐ ܕܝܕܥܬܐ ܠܘܬܗ: ܘܡܣܒܪ

1. * Puto multos qui negotium tuum cognoscunt, me culpare, in eo quod nunc facere incipio, quod adversus vana verba pueri scripto respondeam. Sed, quia ex mente puerili quidam arbitrati sunt verba pueri aliquid esse, coactus sum et ego ea confutare, non propter ea, sed propter aliorum utilitatem et vanam opinionem quam pauci de eis habuerunt. * V f. 1 v° a.

2. Etenim, ut semel mens a gustu fidei Christi destitit et morbo erroris correpta est, * sapores scientiae apud eam mutantur, et (haec) arbitratur id * L. f. 1 v° b.

1. Titulus in V deest.

1. Ἐπίσκοπος. — 2. Αἵρεσις. — 3. Πρόσωπον. — 4. Ad verbum : *Propter sectam suam quae detecta est.*

quod verum est verum non esse, et ea quae a veritate remota sunt saporem veritatis ipsa possidere. Talis res enim evenit hodie hominibus, quibus veritas curae non est, sed qui vel errore ducti sunt, vel amore verborum sculptorum capti vel dilectione inventionum scientiarum vanarum vincti et apud quos simplicitas verbi fidei quasi pro nihilo reputatur, * quia ornatum verborum non possidet, nec inventiones cogitationum habet.

* V f. 1 v° b.

3. Virtus est enim verbum veritatis, secundum doctrinam Pauli [1]. Et ei qui currit ad verba scientiae gustanda et accipienda, verbum veritatis non sapit, quia virtus est, non autem vox, et sententia, non autem ornatus, et veritas, non autem artificium compositum : namque splendor fidei intra simplicitatem humanarum vocum sapit. Qui vero externe loquuntur corporaliterque audiunt, ac quorum superbia scientiae in vana sapientia mundi * versatur, haec quae intra corpus sunt superflua reputant [2], et quasi nihilum hanc doctrinam audiunt, quia ei sunt mortui.

* L f. 1 v° c.

4. Talis res enim evenit hominibus

ܟܠܗ ܡܕܡ ܕܫܪܝܪ ܕܠܐ ܫܪܝܪ ܘܟܠܗ ܐܝܠܝܢ
ܕܡܒܥܕܢ ܡܢ ܫܪܪܐ ܕܢܗܘܘܢ ܩܢܝܢ
ܠܛܥܡܗ ܕܫܪܪܐ. ܘܐܝܟ ܗܢܐ ܓܝܪ ܓܕܫܬ
ܝܘܡܢ ܠܒܢܝ̈ܢܫܐ ܐܝܠܝܢ ܕܟܠܗ ܫܪܪܐ ܠܐ
ܒܛܝܠ ܠܗܘܢ: ܐܠܐ ܐܘ ܕܛܥܝܢ
ܠܛܥܝܘܬܐ ܐܘ ܐܣܝܪܝܢ ܒܪܚܡܬܐ ܕܡ̈ܠܐ
ܡܨܝܪ̈ܬܐ ܐܘ ܐܚܝܕܝܢ ܒܚܘܒܐ
ܕܫܟ̈ܠܠܐ ܕܝܕ̈ܥܬܐ ܣܪܝܩ̈ܬܐ: ܘܦܫܝܛܘܬܐ
ܕܡܠܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܐܝܟ ܠܐ ܡܕܡ
ܡܬܚܫܒܐ * ܙܢܝܗ̇ܘܢ: ܡܛܠ ܕܠܐ ܩܢܝܐ
ܨܒܬܐ ܕܡ̈ܠܐ ܘܠܐ ܫܟ̈ܠܠܐ ܕܡ̈ܚܫܒܬܐ ܐܝܬ
ܠܗ܀

ܚܝܠܐ ܗܘ ܓܝܪ ܡܠܬܗ ܕܫܪܪܐ: ܐܝܟ
ܡܠܦܢܘܬܗ ܕܦܘܠܘܣ. ܘܐܝܢܐ ܕܡ̈ܠܐ
ܕܝܕܥܬܐ ܪܗܛ ܠܡܛܥܡ ܘܠܡܩܒܠܘ:
ܡܠܬܗ ܕܫܪܪܐ ܠܐ ܡܬܛܥܡܐ ܠܗ: ܡܛܠ
ܕܚܝܠܐ ܗܘ ܘܠܘ ܩܠܐ: ܘܗܘܢܐ ܘܠܘ
ܨܒܬܐ: ܘܫܪܪܐ ܘܠܘ ܐܘܡܢܘܬܐ ܕܪܘܟܒܐ.
ܒܦܫܝܛܘܬܐ ܓܝܪ ܕܐܘܡܢܘܬܐ ܓܘܝܬܐ ܡܢ
ܗܝܡܢܘܬܐ[1] ܕܩ̈ܠܐ ܐܢܫ̈ܝܐ ܡܬܛܥܡܐ.
ܐܝܠܝܢ ܕܝܢ ܕܒܪ̈ܝܐܝܬ ܡܡܠܠܝܢ:
ܘܦܓܪ̈ܢܐܝܬ ܫܡܥܝܢ: ܘܡܬܚܡܬܐ
ܕܝܕܥܬܐ ܕܒܚܟܡܬܐ * ܗܝ ܣܪܝܩܬܐ
ܕܥܠܡܐ ܗܦܟܐ: ܗܠܝܢ ܕܓܘ ܡܢ ܦܓܪܐ
ܐܝܬܝܗܝܢ: ܝܬܝܪ̈ܬܐ ܚܫܝܒܢ ܙܢܝܗ̇ܘܢ.
ܘܐܝܟ ܠܐ ܡܕܡ ܫܡܥܝܢ ܠܗ ܠܡܠܦܢܘܬܐ
ܗܕܐ: ܡܛܠ ܕܡܝܬܝܢ ܠܗ܀

ܘܐܝܟ ܗܢܐ ܓܝܪ ܓܕܫܬ ܠܒܢܝ̈ܢܫܐ ܗܢܘܢ:

1. V ܗܝܡܢܘܬܐ.

1. Cf. Rom., I, 16. — 2. Ad verbum : *Haec... superflua reputantur apud eos.*

ܪ̈ܚܡܝ ܚܕ̈ܬܬܐ: ܕܦܓܥܘ ܒܟܬܒ̈ܢܝܢ
ܦܫܝ̈ܛܬܐ. ܘܡܛܠ ܕܠܐ ܐܫܟܚܘ ܒܗܝܢ
ܡܕܡ ܕܪܥܐ ܒܗ: ܠܐ ܛܥܝܘܬܐ ܘܠܐ ܨܒܬܐ
ܕܡܡܠܠܐ: ܐܫܠܝܘ ܐܢܝܢ. ܟܕ ܗܢܝܢ
ܐܝܬܝܗܝܢ ܓܘܫܡܐ ܫܪܝܪܐ ܕܟܠܗ ܡܫܠܡܢܘܬܐ
ܗܘ̈ܝ: ܡܡܠܠܐ ܕܢܘܟܪܝ ܠܫܪܪܐ ܐܬܚܫܒ
* ܩܕܡܝܗܘܢ. ܡܛܠ ܕܠܕܓܠܘܬܐ
ܫܪܪܐ ܡܬܚܫܒܐ ܚܫܝܒ ܠܗ: ܘܠܗܝܡܢܘܬܐ
ܠܠܐ ܗܝܡܢܘܬܐ ܛܥܝܘܬܐ ܡܢܝܐ ܠܗ܀

ܐܠܐ ܟܕ ܚܙܐ ܐܢܐ ܕܡܢܘ ܗܘ ܕܐܫܠܝ
ܠܟܬ̈ܒܝ ܘܐܬܛܝܒ ܠܣܘܪܚܐ ܕܡ̈ܠܝ:
ܚܕܘܬܐ ܡܬܡܠܐ ܐܢܐ: ܘܡܛܠܗ ܕܗܕܐ ܝܬܝܪܐܝܬ
ܕܐܝܬܝܗܝܢ ܫܪܪܐ ܡܗܝܡܢ ܐܢܐ. ܘܐܦ ܟܠ
ܡܢ ܓܝܪ ܕܢܗܝܪ ܗܘܢܗ ܘܥܝܪ ܦܘܪܫܢܗ
ܘܠܐ ܡܬܚܒܠ ܒܛܥܡܗ ܛܥܡܐ ܫܪܝܪܐ
ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܬܪܝܨܬܐ: ܡܛܠܗ ܕܗܕܐ ܘܐܬܪܝܨܐ
ܐܝܬܝܗܝܢ ܠܟܬ̈ܒܝ ܡܫܪܪ ܘܡܗܝܡܢ.
* ܡܕܡ ܓܝܪ ܕܡܢ ܕܓܠ̈ܐ ܡܬܫܠܐ
ܘܡܢ ܛܥ̈ܝܐ ܠܡܣܟܠܘ ܡܬܐܡܪ: ܗܢܐ
ܫܪܪܐ ܗܘ ܘܗܝܡܢܘܬܐ ܕܠܐ ܡܘܡܐ܀

ܡܢܐ ܟܝ ܓܕܫܟ: ܐܘ ܪܚܡܢ: ܕܟܕ ܠܐ
ܐܬܩܪܝܬ ܘܐܦ ܠܗܕܐ ܠܐ ܕܒܪܟ: ܗܢܐ
ܩܠܗ ܢܦܫܟ ܢܟܣܬ ܕܐܝܬܝܟ ܣܟܠܐ ܘܠܐ
ܡܪܕܘܬܐ: ܘܟܕ ܛܥܝܐ ܠܡܣܪܐ ܕܐܝܬܝܟ ܐܦ
ܗܕܝܘܛܐ. ܕܠܐ ܓܝܪ ܫܪܝܪ ܠܟ ܡܕܡ
ܕܐܡܪܬ ܣܗܕܝܢ: ܗܕܐ ܝܕܝܥܐ ܗܝ
ܠܟܠܗܘܢ ܝܕܘܥܝܟ. ܝܬܝܪ ܡܢܢ ܓܝܪ
ܡܬܦܠ ܠܘܬܟ ܡܠܦܢܘܬܐ ܗܕܐ * ܕܗܫܐ

vanis, nova amantibus, qui scriptis nostris simplicibus occurrerunt. Et quia in eis non invenerunt id in quo sibi complacent, neque errorem, nec ornatum sermonis, ea reiecerunt; et, cum verum corpus universae traditionis ipsa sint, ab eis [1] pro tractatu a veritate alieno reputata sunt, * quia veritatem mendacium existimat falsitatem et fidem error computat infidelitatem. * V f. 1 v° c.

5. Sed, attendens quis sit ille qui scripta nostra reiecerit atque sese paraverit ad verba nostra confutanda, gaudio compleor, et propter hoc praecipue credo ea veritatem esse. Etenim cuicumque est intellectus experrectus et iudicium cautum verusque gustus rectae fidei in se incorruptus, propter hoc et (ille) scripta nostra recta esse confirmat atque credit. * Nam quod a mendacibus reiicitur et a deceptoribus refellitur, hoc veritas est et immaculata fides. * L f. 1 r° a.

6. Quidnam tibi evenit, o amice noster, qui, neque vocatus nec ab ullo ad hoc perductus, te ipsum professus es ita stultum esse atque indoctum [2], et simul ac deceptor etiam ignarus (ἰδιώτης) esse videberis? Etenim, tibi verum non esse (id) pro quo dixisti, omnibus tuis notis hoc constat: nam a te [3] plus culpatur quam a nobis haec doctrina, * pro qua nunc armatus * V f. 3 r° a.

1. Ad verbum : *Coram eis.* — 2. Ad verbum : *Sine disciplina.* — 3. Ad verbum : *Apud te.*

es, ut pro ea sis advocatus (συνήγορος) et in persona (πρόσωπον) eius verba nostra confutes atque per id quod fecisti te ipsum doctum profitearis et eruditum.

7. Quippe ad hoc opus vanum te adduxit haec passio furoris etiam atque irae, quam scio tibi inesse adversus nos, quia doctrina vestra impia detecta est[1]. Hanc vindictam enim voluisti ex nobis petere contumeliis et conviciis quae in scriptis tuis super nos perfudisti, rursusque his (hominibus) pro quibus dixisti, te ipsum commendare atque paenam malorum tuorum a te abigere.

8. Vidisti enim infirmas esse

* L f. 2 r° b.

doctrinae vestrae partes * nec eius discipulos posse ex se ipsis hoc in errore stare; et, ad instar mali quod malum amat, ad alium errorem confugistis. Nam, quia omnes doctrinae invicem cognatione coniunguntur, eo quod extra veritatem sunt, currit alia ut ad aliam confugiat, quando fidei valida manus adversus eas arma sumit; hoc etiam tibi evenit et his qui tibi similes sunt, qui, ultionem veritatis fugientes, ad alium errorem confugistis.

* V f. 3 r° b.

9. Sed te oportebat, * o perite, mensuram non excedere scientiae, de qua

1. Ad verbum : *Propter doctrinam vestram impiam quae detecta est.*

ܡܫܬܒܗܪ: ܟܕ ܕܪܫܬ ܕܠܡܫܬܥܠܝ. ܘܠܗܘ ܡܕܡ ܕܒܠܒܟ ܣܝܡ ܗܘܐ ܠܟ ܢܣܒܐ ܕܬܡܠܠ: ܠܗ ܙܕܩ ܗܘܐ ܕܬܚܘܐ ܒܡܠܬܟ. ܕܡܠܬܐ ܓܝܪ: ܐܝܟ ܕܡܬܚܙܝܐ: ܥܠ ܗܝܡܢܘܬܐ ܙܒܢܐ ܠܢ: ܘܠܐ ܥܠ ܕܥܒܕܐ ܕܚܕܚܕ ܡܬܒܥܝܢܢ܀

ܟܠܢ ܓܝܪ ܒܡܕܡ ܡܕܡ ܠܡܟܣܢܐ[1] ܡܫܬܥܒܕܝܢܢ: ܘܒܡܘܡܐ ܘܒܚܘܣܪܢܐ ܣܓܝܐܐ ܡܬܛܡܐܝܢܢ. ܘܠܘ ܡܢ ܕܟܝܘܬܐ ܕܥܒܕܝܢ ܡܛܬ ܠܘܬܢ ܐܪܙܐ ܕܡܠܦܢܘܬܗ ܕܗܝܡܢܘܬܐ: ܐܝܟ * ܣܗܕܘܬܗ ܕܡܠܦܢܢ ܫܠܝܚܐ: ܕܐܦ ܚܢܢ ܡܢ ܩܕܝܡ ܕܠܐ ܚܟܝܡܐ ܗܘܝܢ ܘܠܐ ܡܦܝܣܐ ܘܛܥܝܐ ܗܘܝܢ: ܘܒܒܝܫܘܬܐ ܘܒܚܣܡܐ ܡܬܗܦܟܝܢ ܗܘܝܢ. ܟܕ ܕܝܢ ܐܬܓܠܝܬ ܒܣܝܡܘܬܗ ܘܛܝܒܘܬܗ[2] ܕܐܠܗܐ: ܠܐ ܡܢ ܥܒܕܐ ܕܙܕܝܩܘܬܐ ܕܥܒܕܢ: ܐܠܐ ܒܪܚܡܘܗܝ ܕܝܠܗ ܐܚܝܢ ܒܣܚܬܐ ܕܡܘܠܕܐ ܕܡܢ ܕܪܝܫ ܘܒܚܘܕܬܐ ܕܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ. ܘܬܘܒ ܒܕܘܟܬܐ ܐܚܪܬܐ ܐܡܪ: ܕܠܗܕܐ ܛܝܒܘܬܐ ܟܠܢ ܐܬܩܪܝܢ: ܠܐ ܡܢ ܥܒܕܐ: ܕܠܐ ܐܢܫ ܢܫܬܒܗܪ. ܕܒܪܝܬܐ ܗܢܢ ܓܝܪ ܕܝܠܗ: * ܕܐܬܒܪܝܢ ܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܠܥܒܕܐ ܛܒܐ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܠܝ ܕܙܥܘܪܐ ܐܢܐ ܕܒܟܠܗܘܢ ܩܕܝܫܐ: ܐܬܝܗܒܬ ܛܝܒܘܬܐ ܗܕܐ ܕܐܣܒܪ ܒܥܡܡܐ ܥܘܬܪܗ ܕܡܫܝܚܐ ܗܘ ܕܠܐ ܡܬܥܩܒ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܠܝ ܡܢ ܕܡܢ ܩܕܝܡ ܪܕܘܦ ܗܘܝܬ ܘܡܓܕܦ

1. V ܒܬܪܝܐ (sic). — 2. V ܘܛܝܒܘܬܗ.

gloriaris, cum adversus nos disputabas; et illud quod tractare tibi propositum erat, id te oportebat verbo tuo ostendere. De fide enim, ut videtur, quaestio nobis curae est; non autem de actibus singulorum inquirimus.

10. Nos omnes enim aliqua ex parte obiurgationibus obnoxii sumus, atque maculis et defectibus multis maculamur. Nec autem ex puritate operum nostrorum ad nos pervenit mysterium doctrinae fidei, secundum * testimonium doctoris nostri Apostoli : *Eramus aliquando et nos insipientes, et increduli, et errantes, atque in malitia et in invidia agentes. Cum autem manifestata est benignitas et gratia Dei, non ex operibus iustitiae, quae fecimus nos, sed secundum misericordiam suam vivificavit nos per lavacrum regenerationis et per renovationem Spiritus sancti*[1]. Et rursus alio in loco dixit : *Ad hanc gratiam nos omnes vocati sumus, non ex operibus, ut ne quis glorietur; ipsius enim creatura sumus, * creati in Christo Iesu in operibus bonis*[2]. Et rursus dixit : *Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia haec, in gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi*[3]. Et rursus dixit : *Vocavit me qui prius persecutor fui, et blasphemus, et contumeliosus; sed misericordiam*

* L f. 2 r° c.

* V f. 3 r° c.

1. Tit., III, 3-5. — 2. Eph., II, 8-10. — 3. *Ibid.*, III, 8.

consecutus sum, quia ignorans feci sine fide. Propterea abundavit in me gratia Domini nostri Iesu Christi et fides et dilectio erga eum[1]. Et rursus etiam Redemptor noster in Evangelio suo
* L f. 2 v° a. * manifeste nos docuit causam adventus sui : *Non veni vocare iustos, sed peccatores ad paenitentiam*[2].

ܘܡܨܥܪܢܐ: ܐܠܐ ܐܬܪܚܡܬ ܡܛܠ ܕܟܕ ܠܐ
ܝܕܥ ܗܘܝܬ ܥܒܕܬ ܕܠܐ ܗܝܡܢܘܬܐ. ܘܡܛܠ
ܗܢܐ ܣܓܝܬ ܒܝ ܛܝܒܘܬܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ
ܡܫܝܚܐ ܘܗܝܡܢܘܬܐ ܘܚܘܒܐ ܕܠܘܬܗ.
ܘܬܘܒ ܐܦ ܦܪܘܩܢ ܒܣܒܪܬܗ ܐܠܦܢ ܠܥܠܬܐ
ܕܡܐܬܝܬܗ[1] * ܓܠܝܐܝܬ: ܕܠܐ ܐܬܝܬ
ܕܐܩܪܐ ܠܙܕܝܩܐ: ܐܠܐ ܠܚܛܝܐ ܠܬܝܒܘܬܐ܀

11. Ex his igitur cognitum est per gratiam apud quemque esse fidem Christi, neque opera esse quae hac digna essent, nec actus qui ad eximium mysterium fidei Christi apprehendendum sufficerent. Non enim ex bonis et ex honestis actionibus fidem accipimus; sed, postquam fidem didicimus[3], ex fide haec (opera) apparuerunt in voluntate et ratione vitae
* V f. 3 v° a. * uniuscuiusque, ut ne sit illis qui laborant gloriatio de operibus, quia ex terra fidei exoriuntur.

ܝܕܝܥ ܡܢ ܗܠܝܢ ܐܬܝܕܥܬ ܕܒܛܝܒܘܬܐ
ܐܝܬܝܗ ܗܝܡܢܘܬܗ ܕܡܫܝܚܐ ܠܘܬ
ܟܠܢܫ: ܘܠܝܬ ܥܒܕܐ ܕܫܘܝܢ ܩܘܡ ܗܘܘ
ܘܠܐ ܕܘܒܪܐ ܕܣܦܩܝܢ ܠܡܕܪܟ ܐܪܙܐ
ܡܥܠܝܐ ܕܗܝܡܢܘܬܗ ܕܡܫܝܚܐ. ܠܘ ܓܝܪ
ܡܢ ܛܒܬܐ ܘܡܢ ܫܘܦܪܐ ܥܒܕܐ ܩܒܠܢ
ܝܠܦ ܡܬܟܠܝܢܢ ܕܗܝܡܢܘܬܐ. ܐܠܐ ܡܢ
ܒܬܪ ܕܝܠܦܢܢ ܕܗܝܡܢܘܬܐ: ܡܢܗ
ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܐܬܚܙܝ ܗܠܝܢ ܒܨܒܝܢܐ
ܘܒܕܘܒܪܐ * ܕܐܢܫ ܐܢܫ: ܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܢܗܘܐ
ܫܘܒܗܪܐ ܒܥܒܕܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܥܡܠܝܢ:
ܡܛܠ ܕܡܢ ܐܪܥܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܐܬܝܗܘܢ
ܡܕܢܚܝܢ܀

12. Etsi opera mea fidem reprehendant, sicut dicis, ecce autem gratia (testatur) adversus id quod dicis, atque fidem meam firmat apostolicum verbum : *Non ex operibus, ut ne quis glorietur*[4].

ܐܦܢ ܕܝܢ ܥܒܕܝ ܡܟܣܝܢ ܐܢܝ
ܠܗܝܡܢܘܬܐ: ܐܝܟ ܕܐܡܪܬ: ܐܠܐ ܗܐ ܛܝܒܘܬܐ
ܠܘܩܒܠ ܗܢܐ ܕܐܡܪܬ: ܘܡܠܬܐ
ܫܠܝܚܝܬܐ ܡܫܪܪܐ ܠܝ ܕܗܝܡܢܘܬܝ:
ܠܐ ܓܝܪ ܡܢ ܥܒܕܐ: ܕܠܐ ܐܢܫ ܢܫܬܒܗܪ܀

13. Etenim opera illius peccatricis, quae cum fide pedes Iesu amplecte-

ܠܐ ܓܝܪ ܗܘܘ ܥܒܕܝܗ ܕܗܝ ܚܛܝܬܐ
ܕܒܗܝܡܢܘܬܐ ܐܚܕܬ ܪܓܠܘܗܝ ܕܝܫܘܥ[2] ܠܡܥܒܕ

1. V ܘܡܐܬܝܬܗ. — 2. V om. ܕܝܫܘܥ.

ܗܘܘ ܡܒܩ̈ܢܐ ܠܗܝܡܢܘܬܗ: ܐܠܐ ܗܝ
ܗܝܡܢܘܬܗ ܗܘܬ ܡܚܣܝܢܘܬܐ ܠܥܒ̈ܕܘܗܝ.
ܘܟܕ ܡܢ ܗܘ ܦܪܝܫܐ ܣܦܪܐ ܕܐܟܘܬܟ
ܗܝܡܢܘܬܗ ܡܛܠ ܥܒ̈ܕܘܗܝ ܡܬܩܛܪܓܐ
ܗܘܬ: ܣܢܝܓܪܐ[1] ܚܠܦܝܗ ܠܘܩܒܠ
ܡܟܣܢܗ ܗܘ *ܕܫܒܩ ܠܗ ܫܘܒܩܢܐ ܒܚܛܗ̈ܝ
ܗܘܐ. ܘܡܛܠ ܕܐܦ ܛܠܘܡܝܐ ܥܘܕܪܢܗ
ܗܘܐ ܡܝܬܪܐ ܠܗܝܡܢܘܬܗ: ܫܘܒܩܢܐ
ܕܚܛܗ̈ܝܗ ܒܡܠܬܐ ܡܫܠܛܬܐ ܡܗܝܪܐܝܬ
ܢܣܒܐ ܗܘܬ. ܘܠܐ ܐܬܩܛܪܓܬ ܗܝܡܢܘܬܐ
ܡܢ ܥܒ̈ܕܐ: ܐܝܟ ܕܐܡܪܬ: ܐܠܐ ܐܬܩܛܪܓ
ܘܐܬܟܣܝ ܗܘ ܕܡܣܠܐ ܗܘܐ ܠܗܝܡܢܘܬܐ
ܡܛܠ ܥܒ̈ܕܐ܀

ܗܟܢܐ ܐܦ ܗܝܡܢܘܬܗ *ܕܓܝܣܐ ܠܐ
ܐܣܬܠܝܬ ܡܛܠ ܥܒ̈ܕܘܗܝ: ܐܠܐ
ܐܬܚܣܝܘ ܥܒ̈ܕܘܗܝ ܡܛܠ ܗܝܡܢܘܬܗ.
ܘܒܗ ܝܬܝܪܐܝܬ ܢܣܒܬ ܟܠܝܠܐ ܘܚܘܝܬ
ܢܨܚܢܐ ܕܙܟܘܬܐ ܛܝܒܘܬܗ ܕܡܫܝܚܐ.
ܕܒܙܒܢܐ ܗܘ ܕܫܘܒܩܢ ܚܛܗ̈ܐ ܕܓܘܐ
ܒܨܠܝܒܐ ܒܛܘܫܝܐ ܗܘܐ ܗܘܬ: ܐܬܐ
ܩܪܝܒܬܐ ܐܬܘܬܐ ܠܟܠ: ܫܘܒܩܢ
ܚܛܗ̈ܘܗܝ ܕܓܝܣܐ܀

ܗܟܢܐ ܐܦ ܡܬܝ ܘܙܟܝ: ܟܠܗ ܫܪܟܐ
ܕܐܚܪ̈ܢܐ ܕܡܬܡܬܠܝܢ ܒܟܬܒܐ ܕܐܝܟ ܗܕܐ
ܟܬܒ̈ܐ ܩܕܝܫ̈ܐ: ܡܢ ܗܝܡܢܘܬܗܘܢ
ܐܬܝܕܥܘ ܡܫܒ̈ܚܐ: ܘܠܐ ܟܣܝܘ ܥܒ̈ܕܝܗܘܢ
ܒܝ̈ܫܐ ܢܘܗܪܐ ܕܟܝܐ ܕܗܝܡܢܘܬܗܘܢ܀

batur, eius fidem non reprehenderunt; sed ipsa fides eius propitiationem operibus eius attulit. Cum ille scriba pharisaeus, tibi similis, fidem eius propter opera eius accusasset, ille * qui ei veniam dedit, * L f. 2 v° b.
advocatus (συνήγορος) pro ea fiebat adversus obiurgatorem eius. Et, quia etiam iniquitas fidem eius valde adiuvit, veniam peccatorum per potens verbum (peccatrix) celeriter accipiebat; nec accusata est fides ex operibus, sicut dicis; sed accusatus est et obiurgatus ille qui propter opera fidem reiiciebat.

14. Sic etiam * latronis fides propter opera eius non reiecta est; sed opera * V f. 3 v° b.
eius propitiationem acceperunt propter fidem eius. Atque per eam maxime coronam accepit et triumphum victoriae ostendit gratia Christi, quia, illo tempore quo venia peccatorum universitatis in cruce secreto facta erat, omnibus datum est proximum signum, (scilicet) venia latronis peccatorum.

15. Hoc modo Matthaeus quoque et Zacchaeus ceterique alii qui in sanctis Libris ad tale exemplum ponuntur, sua ex fide celebres apparuerunt, nec opera sua mala purum lumen suae fidei absconderunt.

1. V ܣܢܐܓܪܐ.

16. Dilectionem tuam igitur non oportebat ex « operibus » nos obiurgare. Sumus enim, sicut dicis, in omnibus malis, et innumeris peccatis nosmetipsi maculamur. Sed nostrum erat * nos ipsos culpare, non autem Sapientiae tuae contumeliose nos exprobrare.

* L f. 2 v° c.

17. Nonne audiisti quid sanctus Liber dixerit[1]: *Causam tuam tracta cum proximo tuo, et aliud secretum ne reveles*[2]? Aut nonne te docet consuetudo, quae in mundo viget? Quando ante iudices ex persona (πρόσωπον) adversarii causa dicitur, nulli licet * negotium quaestionis suae relinquere et defectus proximi sui inquirere; quod si furore vel ira vincitur, sicut tu, et tractat quod ad actionem suam non convenit, ab omnibus exprobratur et ab iudice obiurgatur.

* V f. 3 v° c.

18. Relinque igitur mala opera specie (σχῆμα) fallaci abscondita, sicut dixisti, *quoadusque veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium; et tunc laus erit uniuscuiusque a Deo*[3]. Est igitur alius iudex nostris operibus; tu vero disputator es, non autem iudex.

19. In animo habuisti ad certamen (ἀγών) quaestionis accedere. Quare dereliquisti speciem (σχῆμα) pugnae

ܠܐ ܡܟܝܠ ܙܕܩ ܗܘܐ ܠܚܘܒܟ ܕܡܢ
ܗܘ ܕܥܒ̈ܕܐ ܬܟܣܐ ܠܢ. ܐܝܬܝܢ ܓܝܪ: ܐܝܟ
ܕܐܡܪܬ: ܒܟܠ ܒܝ̈ܫܢ ܘܒܚ̈ܛܗܐ ܕܠܐ
ܡܢܝܢܐ ܡܣܝܒܝܢ ܢܦܫܢ. ܐܠܐ ܗܘܐ ܕܝܠܢ
ܗܘܐ * ܕܢܚܝܒ ܢܦܫܢ ܘܠܐ ܕܠܚܟܝܡܘܬܟ
ܢܨܥܪ܀

ܠܐ ܫܡܥܬ ܠܟܬܒܐ ܩܕܝܫܐ ܡܢܐ
ܐܡܪ: ܕܕܝܢܟ ܕܘܢ ܥܡ ܚܒܪܟ: ܘܪܐܙܐ
ܐܚܪܢܐ ܠܐ ܬܓܠܐ. ܐܘ ܠܐ ܡܢ ܡܠܦ ܠܟ
ܥܝܕܐ ܕܐܝܬ ܒܥܠܡܐ. ܕܐܡܬܝ ܕܩܕܡ
ܕܝ̈ܢܐ ܡܬܐܡܪ ܕܝܢܐ ܡܢ ܦܪܨܘܦܐ ܕܒܥܠܕܒܒܐ:
ܠܐ ܫܠܝܛ ܐܢܫ ܕܢܫܒܘܩ * ܥܢܝܢܐ ܕܒܥܬܗ
ܘܢܒܥܐ ܒܬܪ ܚܘ̈ܣܪܢܐ ܕܚܒܪܗ. ܘܐܢ ܡܢ
ܚܡܬܐ ܐܘ ܡܢ ܪܘܓܙܐ ܢܙܕܟܐ ܐܝܟ ܐܢܬ:
ܘܢܡܠܠ ܡܕܡ ܕܠܥܒܕܗ ܠܐ ܝܐܐ:
ܡܢ ܟܠܢܫ ܡܬܚܣܕ ܘܡܢ ܕܝܢܐ ܡܬܟܐܐ܀
ܫܒܘܩ ܡܟܝܠ ܥܒ̈ܕܐ ܒܝ̈ܫܐ ܕܡܛܫܝܢ
ܒܐܣܟܡܐ ܕܕܓܠܘܬܐ: ܐܝܟ ܕܐܡܪܬ: ܥܕܡܐ
ܕܐܬܐ ܡܪܢ ܗܘ ܕܡܢܗܪ[1] ܟܣܝ̈ܬܗ ܕܚܫܘܟܐ
ܘܡܓܠܐ ܡܬܚܫ̈ܒܬܗܘܢ ܕܠܒ̈ܘܬܐ: ܘܗܝܕܝܢ
ܢܗܘܐ ܫܘܒܚܗ ܕܐܢܫ ܐܢܫ ܡܢ ܐܠܗܐ.
ܐܝܬ ܗܘ ܡܟܝܠ ܕܝܢܐ ܐܚܪܢܐ ܠܥܒ̈ܕܝܢ: ܐܢܬ
ܕܝܢ ܕܪܘܫܐ ܐܝܬ ܘܠܐ ܕܝܢܐ܀
ܘܠܐܓܘܢܐ ܕܒܥܬܐ ܐܬܪܥܝܬ ܠܡܩܪܒ
ܘܠܡܬܟܬܫܘ. ܠܡܢܐ ܫܒܩܬ ܐܣܟܡܐ
ܕܩܪܒܐ ܘܡܬܚܪܝܢܘܬܐ ܕܪܚܡܝܘܬܐ

1. V ܠܝܢ.

1. Ad verbum: *Nonne audiisti sanctum Librum, quid dixerit?* — 2. Prov., XXV, 9. — 3. I Cor., ...

ܠܐܝܠܝܢ ܕܡܬܟܬܫܝܢ: ܘܩܡܬ ܕܬܬܚܣܕܝܘܗܝ
ܡܣܟܠܐܝܬ ܠܗܘ ܕܥܠ ܠܘܩܒܠܟ ܒܕܪܫܐ
ܕܒܥܬܐ. ܗܐ ܓܝܪ * ܝܕܥ ܐܢܬ: ܐܝܟ ܚܙܝܐ
ܕܠܗܝܢ ܕܗܠܝܢ: ܕܐܦ ܗܘܝܐ ܙܟܘܬܐ
ܠܒܪ ܡܢ ܕܘܟܬܐ ܕܐܬܟܬܫܐ: ܠܐ ܡܬܚܫܒܐ
ܙܟܘܬܐ ܡܢ ܗܢܘܢ ܕܡܬܒܩܝܢ ܒܐܓܘܢܐ܀
ܘܐܢܬ ܕܐܪܦܝܬܗ[1] ܠܐܣܟܡܐ ܘܫܒܩܬܝܗܝ
ܠܪܘܫܡܐ: ܘܐܝܟ ܣܟܠܐ ܘܒܪܒܪܝܐ ܕܡܕܡ
ܠܐ * ܝܕܥ: ܢܦܩܬ ܠܟ ܠܐܬܪܐ ܕܨܘܚܝܬܐ:
ܐܝܟܐ ܢܣܝܡܝܗ ܠܡܢܬܟ: ܘܥܡ ܡܢܘ
ܢܚܫܒܝܗ ܠܚܟܡܬܟ. ܙܕܩ ܠܢ ܕܝܢ
ܕܢܫܠܐ: ܕܐܚܪܢܐ ܢܦܣܩܘܢ ܕܝܢܐ. ܠܐ ܫܡܥܬ
ܠܦܘܠܘܣ ܕܐܡܪ ܠܟ: ܕܐܢܬ ܡܢ
ܐܢܬ ܕܕܐܢ ܐܢܬ ܠܥܒܕܐ ܕܠܐ ܕܝܠܟ. ܕܐܢ
ܢܦܠ: ܠܡܪܗ ܢܦܠ: ܘܐܢ ܩܐܡ: ܠܡܪܗ
ܩܐܡ. ܘܬܘܒ ܟܐܐ ܗܘ ܫܠܝܚܐ ܠܐܝܠܝܢ
ܕܐܝܟܘܬܟ ܕܥܒܕܐ ܕܚܕܕܐ ܕܝܢܝܢ ܘܐܡܪ: ܕܠܐ
ܡܢ ܩܕܡ ܙܒܢܐ ܬܗܘܘܢ ܕܝܢܝܢ[2]. ܘܬܘܒ
ܐܦ ܡܪܢ ܐܡܪ: ܕܡܢ ܕܩܪܐ ܠܚܒܪܗ
ܣܟܠܐ ܐܘ ܫܛܝܐ: ܡܚܝܒ ܗܘ ܠܓܗܢܐ
ܕܢܘܪܐ܀

ܚܙܝܬ ܠܢ ܓܝܪ ܒܥܒܕܐ ܒܝܫܐ: ܐܝܟ
ܕܐܡܪܬ: ܗܢܘܢ ܕܡܬܟܣܝܢ ܒܐܣܟܡܐ
ܕܐܣܟܡܐ ܕܓܠܐ. ܕܬܚܘܣ ܥܠܝܢ ܙܕܩ
ܗܘܐ: ܕܬܟܬܘܒ ܘܬܬܪܨ ܠܢ: ܕܬܡܠܐ ܠܘܬܢ
ܕܘܟܬܐ ܐܣܝܐ * ܚܟܝܡܐ: ܕܚܝܣ ܥܠ

definitumque locum pugnantibus notatum, ac surrexisti ut stulte convicieris illi qui adversus te in disputationem quaestionis ingressus est? Ecce enim * scis, tu qui ipsa haec vides, tametsi sit victoria extra locum pugnae, victoriam non numerari ab illis qui certamen (ἀγών) considerant. * L f. 3 r° a.

20. Tu autem qui figuram dimisisti atque notam dereliquisti et, quasi stultus ac barbarus (βάρβαρος) qui nihil * scit, in regionem conviciorum exiisti, quo ponemus partem tuam et cum quonam sapientiam tuam reputabimus? Nos vero oportet silere, ut alii causam decidant. Nonne audiisti Paulum tibi dicere : *Tu quis es, qui iudicas servum qui tuus non est? Si cadit, domino suo cadit; et, si stat, domino suo stat*[1]. Et rursus increpat ipse Apostolus illos qui, sicut tu, invicem actus culpant, dicens : *Nolite ante tempus culpare*[2]. Et rursus Dominus noster quoque dixit : *Qui vocat proximum suum stultum aut insanum, reus est gehennae* (γέεννα) *ignis*[3]. * V f. 4 r° a.

21. In nobis enim vidisti opera mala, sicut dixisti, quae velamine speciei (σχῆμα) fallacis absconduntur. Te oportebat nostri misereri, scribere nostri corrigendi causa, apud nos locum explere * sapientis medici, * L f. 3 r° b.

1. L ܐܪܦܝܬܗ. — 2. V ܕܝܢܝܢ.

1. Rom., XIV, 4. — 2. I Cor., IV, 5. — 3. Matth., V, 22.

peccata nostra dolere, ut et nos pudeat doloris quem de nobis (accipis) ac tecum doleamus. Num vero flevisti delicta nostra, ut decet doctores, ut fletu tuo erubescamus nostrasque culpas abluamus? Audiistine vero illum doctorem totius terrae verbo suo
* V f. 4 r° b clamare : *Quis infirmatur,* * *et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et ego non uror*[1]? Neque enim addidit hic medicus dolorem doloribus dolentium, nec auxit scandalum animarum eorum probro atque contumelia erga eos; sed praeter hoc cum eis pondus morborum eorum sustinuit. Illi[2] Evangelio scandalizantur, et ipse pro eis urebatur; illi[2] labuntur, eosque lapsos[3] ipse erigebat; illi[2] rident in sua mortalitate, et ipse pro eis flebat.

22. Excellentiam tuam quoque oportebat ita facere, nec opera nostra mala exprobrare, sed poenitere ac dolere sensumque delictorum nostrorum in nobis efficere. Es enim abstemius. Te non oportebat mihi intemperanti (ἄσωτος) conviciari. Sedisti in claustro; et ego de civitate
* L f. 3 r° c. in civitatem frustra * vagor, atque in colloquiis pravis et in consuetudinibus non pulchris versatur vita mea. Quid te spiritualem, qui es extra mundum (facere) decebat, nisi de illo

ܣܟܠܘܬܢ: ܕܢܬܟܦܢ ܐܦ ܚܢܢ ܡܢ ܚܫܐ
ܕܚܫܬ ܘܢܚܫ ܥܡܟ. ܒܟܝܬ ܕܝܢ ܥܠ
ܣܟܠܘܬܢ: ܐܝܟ ܕܘܠܐ ܠܡܠܦܢܐ: ܕܡܢ
ܒܟܝܟ ܢܒܗܬ ܘܢܫܝܓ ܚܛܗ̈ܝܢ܀ ܫܡܥܬ
ܕܝܢ ܠܗܘ ܡܠܦܢܐ ܕܟܠܗ ܐܪܥܐ ܟܕ
ܩܥܐ ܒܡܠܬܗ: ܕܡܢܘ ܡܬܟܪܗ ܘܠܐ ܐܢܐ
ܡܬܟܪܗ ܐܢܐ܀ ܡܢܘ ܡܬܟܫܠ * ܘܠܐ ܐܢܐ
ܝܩܕ ܐܢܐ܀ ܠܐ ܓܝܪ ܐܘܣܦ ܗܢܐ ܐܣܝܐ
ܟܐܒܐ ܥܠ ܟܐܒܐ ܕܡܟܐܒܐ: ܘܠܐ ܐܪܒܝܗ
ܠܬܘܩܠܐ ܕܢܦܫܬܗܘܢ ܒܚܣܕܐ ܘܒܨܥܪܐ
ܕܥܠܝܗܘܢ. ܐܠܐ ܣܒܠ[1] ܗܘܐ: ܠܒܪ ܥܡܗܘܢ
ܝܘܩܪܐ ܕܟܘܪ̈ܗܢܝܗܘܢ. ܗܢܘܢ ܡܬܟܫܠܝܢ
ܒܐܘܢܓܠܝܘܢ: ܘܗܘ ܝܩܕ ܗܘܐ ܚܠܦܝܗܘܢ.
ܗܢܘܢ ܢܦܠܝܢ: ܘܗܘ ܡܩܝܡ ܠܡܦܘܠܬܗܘܢ ܐܢܘܢ
ܗܘܐ. ܗܢܘܢ ܓܚܟܝܢ ܒܡܝܘܬܘܬܗܘܢ: ܘܗܘ
ܒܟܐ ܗܘܐ ܚܠܦܝܗܘܢ܀

ܗܟܢ ܙܕܩ ܗܘܐ ܐܦ ܠܡܪܘܪܒܘܬܟ
ܠܡܥܒܕ. ܘܠܐ ܠܡܚܣܕ ܠܥܒ̈ܕܝܢ ܒܝ̈ܫܐ:
ܐܠܐ ܕܬܬܘܐ ܘܬܚܫ ܘܬܥܒܕ ܒܢ ܪܓܫܬܐ
ܕܣܟܠܘܬܢ. ܐܝܬܝܟ ܓܝܪ ܢܛܝܪܐ. ܠܐ
ܙܕܩ ܗܘܐ ܕܬܚܣܕ ܠܝ ܠܐܣܘܛܐ. ܝܬܒܬ
ܒܥܘܡܪܐ ܕܡܫܝܢܘܬܐ: ܘܐܢܐ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ
ܠܡܕܝܢܬܐ ܣܪܝܩܐܝܬ * ܦܗܐ ܐܢܐ:
ܘܒܡܠ̈ܠܐ ܒܝ̈ܫܬܐ ܘܒܥ̈ܝܕܐ ܕܠܐ ܫܦܝܪܝܢ
ܡܬܗܦܟܝܢ ܚܝ̈ܝ. ܡܢܐ ܙܕܩ ܗܘܐ ܠܟ
ܪܘܚܢܐ ܕܠܒܪ ܐܝܬܝܟ ܡܢ ܥܠܡܐ: ܠܗ

1. V ܣܒܠ.

1. II Cor., xi, 29. — 2. Ad verbum : *Ipsi*. — 3. Ad verbum : *Lapsum eorum*.

ܕܐܝܟ ܟܠܗ ܗܘ ܕܚܢܝܩ ܘܡܬܥܠܥܠ ܒܝܬ ܓܠܠܐ ܘܠܐ ܡܪܓܫ. ܢܟܦܐ ܐܢܬ: ܚܙܝܬ ܒܝ ܙܠܝܠܘܬܐ. ܙܕܩ ܗܘܐ ܕܬܢܟܦܢܝ. ܢܙܝܪܐ ܡܢ ܡܐܟܘܠܬܐ: ܡܬܚܣܠ ܡܢ ܬܪܒܝܬܐ: ܡܡܟܟ ܦܓܪܟ ܒܠܒܘܫܐ ܕܣܥܪܐ: * ܐܬܐ ܕܡܝܘܬܘܬܐ ܡܬܚܙܝܐ ܒܟܠܗܘܢ ܗܕܡܝܟ: ܟܚܝܫܘܬܐ ܘܙܠܬܐ ܕܡܢ ܥܡܠܐ ܘܕܢܟܦܘܬܐ ܥܠ ܟܠܗ ܦܪܨܘܦܟ ܐܫܝܕܐ. ܠܗܠܝܢ ܕܥܒܕܐ: ܠܗ ܦܐܐ ܗܘܐ ܚܠܦ ܚܣܕܐ: ܘܟܐܒܐ ܥܠ ܗܘ ܕܢܦܠ ܚܠܦ ܓܘܚܟܐ: ܘܡܠܐ ܕܡܥܒܕܢ ܬܝܒܘܬܐ ܚܠܦ ܡܡܠܠܐ ܕܡܓܚܟ ܓܘܚܟܐ ܒܫܡܘܥܘܗܝ: ܗܘܐ ܕܪܫܝܡ ܒܟܬܝܒܬܟ. ܒܪܘܡܐ ܕܙܕܝܩܘܬܐ ܩܐܡ ܐܢܬ ܘܡܚܫܒܬܐ ܪܘܚܢܝܬܐ ܡܬܪܓܫܢ ܒܟ: ܐܝܟ ܕܣܒܪܬ. ܙܕܩ ܗܘܐ ܕܬܩܪܝܢܝ ܘܬܥܠܝܢܝ[1] ܠܘܬܟ ܡܢ ܥܘܡܩܐ ܕܚܛܝܬܐ: ܘܠܐ ܕܬܩܘܡ ܒܪܘܡܐ ܕܫܘܒܗܪܐ ܘܬܪܓܡܝܢܝ ܒܨܘܚܝܬܐ ܘܚܣܕܐ܀

ܠܐ ܫܡܥܬ ܠܦܘܠܘܣ ܥܡ ܡܢܘ ܡܫܘܐ ܠܗܘܢ ܠܡܨܥܪܢܐ: * ܠܐ ܠܡ ܓܝܪܐ ܘܠܐ ܐܣܘܛܐ ܘܠܐ ܥܠܘܒܐ ܘܠܐ ܫܟܒܝ ܥܡ ܕܟܪܐ ܘܠܐ ܡܨܥܪܢܐ ܘܠܐ ܪܘܝܐ[2]: ܗܠܝܢ ܡܠܟܘܬܗ ܕܐܠܗܐ ܠܐ ܝܪܬܝܢ. ܠܐ ܬܘܒ ܡܪܓܫ: ܕܐܦ ܒܥܠܡܐ ܡܨܥܪܢܐ ܫܛܝܐ ܡܢ ܟܠ ܐܢܫ ܡܬܚܫܒܝܢ. ܠܐ ܥܗܕܬ ܠܗܘ ܦܪܝܫܐ ܫܒܗܪܐ ܕܐܝܟܢܐ:

dolere qui suffocatur et conteritur inter fluctus nec sentit? Castus es, (atque) libidinem in me vidisti. Te oportebat castum me reddere. A cibis te abstines, ab alimentis ablactaris, humiliatur corpus tuum veste e pilis facta, * signum mortalitatis in omnibus membris tuis apparet, macies sordesque ex laboribus et vita ascetica super tota persona tua effunduntur. Nonne cum his actibus conveniebat dolor probri loco, fletusque de lapso irrisionis loco, ac verba quae paenitentiam efficiunt sermonis loco risum auditorum[1] concitantis, qui in scriptis tuis notatur? In colle iustitiae stas atque spirituales cogitationes in te moventur, ut putas. Te oportebat me vocare et ad te ex valle peccati extollere, non autem in colle gloriationis stare atque conviciis probrisque me lapidare.

* V f. 4 r° c.

23. Nonne audiisti, quibuscum contumeliosos Paulus comparet? * *Neque adulteri, neque intemperantes* (ἄσωτος), *neque gulosi, neque masculorum concubitores, neque contumeliosi, neque ebriosi, hi regnum Dei hereditabunt*[2]. Nonne sentis rursus, etiam in mundo contumeliosos ab omnibus stultos reputari? Nonne meministi. quo vultu de templo descenderit ille superbus

* L f. 3 v° a.

1. V ܕܬܪܝܡܝܢ ܘܬܥܠܝܢ. — 2. V om ܘܠܐ ܪܘܝܐ.

1. Ad verbum : *In auditoribus.* — 2. I Cor. VI, 9-10.

pharisaeus[1], tibi similis, quia exprobraverit publicanum prope se (stantem[2])? Nonne legisti in libro beati David, Saulem * vitam eius persequi, nec ullum verbum contumeliosum dicere (ipsum) voluisse? Et, cum alii eum incitarent, ipse nequitiam fugiebat, adeo ut paenitentia in se nata sit, propterea quod cornu pallii inimici sui secuisset[3]. Nonne audiisti eum dicere in quodam ex canticis suis: *Retribuerunt mihi malum pro bono, et odium pro dilectione, et ego orabam pro eis*[4]? Et rursus dixit: *Propter aegritudinem eorum cilicio indutus sum, et in ieiunio humiliavi animam meam; quasi amicus et quasi frater incedebam, ac quasi ille qui in luctu sedet, miser eram propter mala eorum; et ipsi propter dolorem meum convenerunt et laetati sunt de me*[5]. Haec sunt hominum divinorum, * tua vero ea quae tibi conveniunt.

* V f. 4 v° a.

* L f. 3 v° b.

24. Quod si ad Libros non attendisti, quorum verba a te derisum reputari scio, nonne (ἄρα) obediebas doctoribus tuis philosophis (φιλόσοφος)? Contumeliosis suis benedicebant, et pro vulneribus honorem reddebant, eorumque vita intra mundum in gloriatione patientiae versabatur. Nec meministi vero, praeter hos, illius

ܒܐܝܠܝܢ ܐܦܐ ܢܫܐ ܡܢ ܦܪܝܫܐ: ܟܠ
ܕܚܣܕ ܠܡܟܣܐ[1] ܕܟܠ ܩܪܝܒܗ. ܠܐ ܩܪܝܬ
ܒܟܬܒܐ ܕܛܘܒܢܐ ܕܘܝܕ: ܕܫܐܘܠ ܪܕܦ[2]
ܗܘܐ * ܒܬܪ ܢܦܫܗ: ܐܦܠܐ ܡܠܬܐ
ܕܨܥܪܐ ܐܨܛܒܝ ܕܢܐܡܪ. ܘܟܕ ܐܚܪܢܐ
ܡܓܪܝܢ ܗܘܘ ܒܗ ܡܢ ܒܝܫܘܬܐ: ܗܘ ܡܢ
ܟܘܠܐ ܒܪܗ ܗܘܐ: ܐܦ ܬܘܝܬܐ ܕܚܠܦ ܩܪܢܐ
ܕܦܪܣܐ ܕܒܥܠܕܒܒܗ ܕܦܣܩ: ܐܬܐ
ܐܬܝܠܕܬ ܒܗ. ܠܐ ܫܡܥܬܝܗܝ ܟܕ ܐܡܪ
ܒܚܕܐ ܡܢ ܙܡܝܪܬܗ: ܕܦܪܥܘܢܝ ܒܝܫܬܐ
ܚܠܦ ܛܒܬܐ ܘܣܢܐܬܐ ܚܠܦ ܪܚܡܬܐ:
ܘܐܢܐ ܡܨܠܐ ܗܘܝܬ ܥܠܝܗܘܢ. ܘܬܘܒ
ܐܡܪ: ܕܒܟܘܪܗܢܗܘܢ ܠܒܫܬ ܣܩܐ
ܘܡܟܟܬ ܢܦܫܝ ܒܨܘܡܐ. ܘܐܝܟ ܪܚܡܐ
ܘܐܝܟ ܐܚܐ ܡܗܠܟ ܗܘܝܬ. ܘܐܝܟ ܗܘ
ܕܝܬܒ ܒܐܒܠܐ ܟܡܝܪ ܗܘܝܬ ܡܛܠ ܐܦܝ
ܒܝܫܬܗܘܢ. ܘܗܢܘܢ ܒܚܫܝ ܐܬܟܢܫܘ
ܘܚܕܝܘ ܒܝ. ܗܠܝܢ ܐܠܗܝܢ ܕܐܢܫܐ
ܐܠܗܝܐ: * ܕܝܠܟ ܕܝܢ ܗܠܝܢ ܕܠܟ ܝܐܝܢ܀
ܐܪܐ: ܘܐܢ ܠܟܬܒܐ ܠܐ ܚܪܬ: ܕܝܕܥ ܐܢܐ
ܕܓܘܚܟܐ ܚܫܝܒܝܢ ܠܟ ܡܠܝܗܘܢ:
ܠܡܠܦܢܝܟ ܦܝܠܘܣܘܦܐ[3] ܠܐ ܡܬܛܦܝܣ
ܗܘܝܬ: ܕܒܨܥܪܝܗܘܢ ܡܒܪܟܝܢ ܗܘܘ:
ܘܚܠܦ ܡܚܘܬܐ ܐܝܩܪܐ ܦܪܥܝܢ ܗܘܘ:
ܒܫܘܒܗܪܐ ܕܡܣܝܒܪܢܘܬܐ ܚܝܝܗܘܢ ܒܓܘ
ܥܠܡܐ ܡܬܗܦܟܝܢ ܗܘܘ. ܠܐ ܕܝܢ ܐܬܕܟܪܬ

1. V ܠܡܟܣܐ. — 2. V ܪܕܘܦ. — 3. V ܦܝܠܘܣܘܦܐ.

1. Ad verbum : *Nonne meministi illius pharisaei... quo vultu?* — 2. Cf. Luc., XVIII, 10. — 3. Ad verbum : *Propter cornu..... quod secuisset.* — 4. Cf. Ps. CVIII, 4-5. — 5. Ps. XXXIV, 13-15.

ܐܝܟ ܕܐܡܪܝܢ ܐܦ[1] ܠܗܘ ܡܠܦܢܟ ܒܪܕܝܨܢ[2]:
* ܕܡܛܠ ܢܓܝܪܘܬ ܪܘܚܐ ܘܦܘܢܝ ܦܬܓܡܐ
ܫܦܝܪܐ ܕܠܘܬ ܟܠܢܫ ܡܫܒܚܝܢ ܠܗ
ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܒܟܬܒܝܗܘܢ܀

ܡܢ ܐܝܟܐ ܗܟܝܠ ܢܣܒܬ ܠܟ
ܕܡܘܬܐ ܠܗܕܐ ܫܛܝܘܬܐ. ܒܟܬܒܐ.
ܟܬܒܐ ܠܐ ܐܠܦܘܟ: ܡܪܢ ܠܐ ܚܘܝܟ:
ܫܠܝܚܐ ܠܐ ܪܫܡܘ ܠܟ: ܦܝܠܣܘܦܐ[3]
ܕܥܠܡܐ ܠܐ ܐܚܙܝܘܟ: ܡܠܦܢܝܟ
ܗܪܛܝܩܐ ܠܐ ܐܫܠܡܘ ܠܟ. ܫܪܝܪܐ ܗܘ[4]
ܗܟܝܠ ܕܚܫܐ ܗܘ ܪܓܝܓܐ ܕܛܠܝܘܬܐ
ܘܡܘܬܒܐ ܕܫܥܝܬܐ ܕܠܐ ܐܫܬܪܪܘ
ܒܡܫܡܠܝܘܬܐ ܕܝܕܥܬܐ. ܒܓܘ ܒܥܬܐ:
ܓܘܚܟܐ. ܥܡ ܦܘܢܝ ܦܬܓܡܐ
ܕܗܝܡܢܘܬܐ: ܨܥܪܐ. ܒܐܓܘܢܐ ܕܕܪܫܐ:
ܓܘܕܦܐ. ܟܕ ܡܬܒܥܝܐ ܗܝܡܢܘܬܐ: ܡܠܐ
ܪܓܝܓܬܐ ܕܣܟܠܘܬܐ. * ܒܡܦܩܢ ܒܪܘܚܐ
ܕܚܠܦ ܫܪܪܐ: ܡܡܘܩܕܐ[5]
ܘܡܡܠܠܐ ܕܥܒܕ ܓܘܚܟܐ ܒܫܡܘܥܐ.
ܘܗܠܝܢ: ܐܘ ܚܟܝܡܐ: ܝܕܝܥ ܗܘ ܐܬܪܗܘܢ
ܘܝܕܝܥܝܢ ܡܡܠܠܢܝܗܘܢ ܘܝܕܝܥܝܢ ܬܘܒ
ܐܦ ܫܡܘܥܝܗܘܢ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܡܠܝܗܘܢ
ܣܝܡܝܢ ܒܟܬܒܝܟ ܘܒܙܚܐ ܣܪܝܩܐ
ܕܗܠܝܢ ܪܫܝܡ ܒܓܘ ܡܠܝܟ: ܡܢ ܗܕܐ
ܝܕܝܥ ܐܝܟ ܕܒܪ ܐܫܘܬܐ ܐܢܬ ܕܝܠܗܘܢ:
ܘܡܫܘܕܥܝܢ ܠܟ ܬܘܒ * ܕܫܡܘܥܝܟ ܠܟ܀

praeceptoris tui quoque Bardesanis, * quem, propter longanimitatem pulchramque responsionem ad omnes, discipuli eius in libris suis praedicant. * V f. 4 v° b.

25. Unde ergo formam huius stultitiae tibi assumpsisti? In Libris? Libri te non docuerunt; Dominus noster tibi non ostendit; apostoli tibi non notarunt; philosophi (φιλόσοφος) mundi tibi non monstrarunt; doctores tui haeretici (αἱρετικός) tibi non tradiderunt. Certum est igitur hanc esse libidinosam passionem pueritiae nugasque cogitationum maturitate scientiae non firmatarum. Intra quaestionem, risus; cum responsione fidei, contumelia; in certamine (ἀγών) disputationis, convicia; in inquisitione fidei[1], libidinosa verba insipientiae; * in petitione apologiae pro veritate, facetiae (σκῶμμα) et sermo qui apud auditores[2] risum movet. Harum rerum, o sapiens, cognoscitur regio, atque cognoscuntur illi qui eas dicunt, et rursus cognoscuntur illi quoque qui eas audiunt. Sed, quia eorum verba in scriptis tuis ponuntur horumque vana irrisio intra verba tua notatur, propter hoc certum est te asseclam eorum esse[3] rursusque eos * qui tibi conveniunt tuos auditores. * L f. 3 v° c. * V f. …

1. V ܐܦ. — 2. V ܕܝܨܢ. — 3. V ܦܝܠܘܣܘܦܐ. — 4. V om. ܗܘ. — 5. L et V ܡܡܘܩܕܐ.

1. Ad verbum : *Cum fides inquiritur*. — 2. Ad verbum *In auditoribus*. — 3. Ad verbum *Notus es eorum assecla esse*.

26. A doctrina sanctorum Librorum enim omnino remotus es, et, si pauca ex verbis eorum apud te sunt, artificii causa tantum a te colliguntur. Socius philosophorum (φιλόσοφος) profanorum, sicut te ipsum nominas, non es, ut testantur libidinosae passiones tuae paucaeque opiniones tuae, quae ex verbis tuis vidimus atque iam diu cognoscimus; et praeterea rursus ad mensuram horum non pervenisti. Unde enim possibile erat? Heri pharmacopola emptorque ac venditor, et hodie philosophus (φιλόσοφος)! Sed, o sapiens, secus ac optabas, tibi evenit. Propter hoc sapiens volebas nominari, * et contrarium tibi evenit, quia unicuique manifestatus es stultus esse atque blasphemus. Nam neque disciplinam, nec scientiam humanam, nec ordinem (τάξις) pulchrum verbi, nec responsionem ordinate (compositam), nec abundantiam elocutionis, nec intellegentiam Librorum, nec opinionem quae explanationes invenit, nec rectitudinem cogitationum, nec verbi maturitatem * quae etiam in doctrinis alienis invenitur, nullam ex his (rebus) in verbis tuis invenimus. Unde poteramus te sapientem aut doctum reputare? Quia verba composuisti, quae apud lectorem risum movent? An quia

* L f. 4 r° a.

* V f. 2 r° a.

ܡܢ ܡܠܦܢܘܬܐ ܓܝܪ ܕܟܬܒܐ ܩܕܝܫܐ
ܟܠܗ̇ ܟܠܗ ܪܚܝܩܬ: ܘܐܢ ܐܝܬ ܠܟ ܩܠܝܠ
ܡܠܝܢ ܡܢ ܡܠܝܗܘܢ: ܐܝܟ ܕܠܐܘܡܢܘܬܐ
ܟܢܫܬ ܘܡܩܒܠ ܠܟ. ܚܒܪܐ ܕܦܝܠܘܣܘܦܐ
ܒܪܝܐ: ܐܝܟ ܕܡܫܡܗܬ ܢܦܫܟ: ܠܐ ܐܝܬܝܟ:
ܐܝܟ ܕܣܗܕܝܢ ܚܫܝܟ ܪܓܝܓܐ ܘܪܥܝܢܝܟ
ܩܠܝܠܐ ܗܢܘܢ ܕܐܬܚܙܝܘ ܠܢ ܡܢ ܡܠܝܟ:
ܘܡܫܬܘܕܥܝܢ ܒܗܘܢ ܡܢ ܙܒܢܐ. ܘܬܘܒ
ܗܘܐ ܠܗܝ ܕܐܦܠܐ ܠܡܫܘܚܬܗܘܢ ܕܗܠܝܢ
ܐܬܡܛܝܬ. ܡܢ ܐܝܟܐ ܓܝܪ ܡܫܟܚܐ
ܗܘܬ. ܐܬܡܠܝ ܙܒܢܐ ܘܐܙܒܢܐ ܘܡܙܒܢܢܐ:
ܘܝܘܡܢ ܦܝܠܘܣܘܦܐ[1]. ܐܠܐ: ܐܘ ܚܟܝܡܐ:
ܕܠܐ ܐܝܟ ܕܨܒܝܬ ܗܘܬ ܠܟ ܓܕܫ
ܠܟ. ܚܟܝܡܐ ܡܢ ܗܘܐ ܨܒܐ ܗܘܝܬ
ܕܬܬܩܪܐ: * ܘܠܗܦܟܐ ܓܕܫ ܠܟ:
ܕܐܬܓܠܝܬ ܠܟܠ ܐܢܫ ܕܐܝܬܝܟ ܣܟܠܐ
ܘܡܓܕܦܢܐ. ܠܐ ܓܝܪ ܡܪܕܘܬܐ ܐܦܠܐ ܝܕܥܬܐ
ܐܢܫܝܬܐ: ܘܠܐ ܛܟܣܐ ܫܦܝܪܐ ܕܡܠܬܐ:
ܘܠܐ ܦܘܢܝ ܦܬܓܡܐ ܕܡܬܚܒܫܐ: ܘܠܐ
ܣܘܓܐܐ ܕܡܡܠܠܘܬܐ: ܘܠܐ ܣܘܟܠܐ
ܕܟܬܒܐ: ܘܠܐ ܪܥܝܢܐ ܡܫܟܚܢܐ[2] ܕܦܘܫܩܐ:
ܘܠܐ ܬܪܝܨܘܬܐ ܕܚܘܫܒܐ: ܘܠܐ ܓܡܝܪܘܬܐ
ܕܡܠܬܐ: * ܗܝ[3] ܕܡܫܟܚܐ ܐܦ ܒܡܠܦܢܘܬܐ
ܢܘܟܪܝܬܐ: ܘܠܐ ܚܕܐ ܡܢ ܗܠܝܢ ܐܫܟܚܢ
ܒܡܠܝܟ. ܡܢ ܐܝܟܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܢ
ܕܢܣܒܟ ܚܟܝܡܐ ܐܘ ܝܕܘܥܐ. ܡܢ ܗܠܝܢ
ܕܪܟܒܬ ܡܠܐ ܕܓܚܟܐ ܡܫܝܢ ܒܗܘ ܕܩܪܐ.

1. V ܦܝܠܣܘܦܘܬܐ. — 2. L ܪܘܚܐ ܡܕܡܟܢܝܬܐ. 3. In V folius 2^us translatus est et post folium 4^um restituendus est.

artificio verbi iocosi mihi conviciatus es.[1] In his enim et talibus mimi (μῖμος) te sapientiores sunt, vanique (homines) et vagi, qui ad hilaritatem ac risum mensarum conducuntur, te artificiosiores sunt.

27. Et si rursus te dicis multas doctrinas cognoscere, ecce nescis quid sectae opinentur, ut ex scriptis tuis nos ostensuri sumus. Nec rursus in hac doctrina, cuius personam (πρόσωπον) tulisti, quidquam scientiae invenisti, quod adversus verbum nostrum respondeas, nisi parva * et vilia, quae sciunt quicumque in hac doctrina sunt. * L f. 4 r° b.
Invenisti vero aliquid amplius, quia impudentius eis blasphemasti. Quis alius enim fiebat proprius suus redargutor ab initio verbi sui, sicut tu? Nam ab initio scriptorum tuorum testatus es te ipsum ad instar * inimici verba nostra redarguere, sicut dixisti. * V f. 2 r° b.
Numquid (ἆρα) ab inimico videtur id quod convenit? Potestne cogitatio furore plena ordinate loqui? Quis nescit animae caecitatem esse furorem, intellegentiaeque obcaecationem irae esse praedam? Incepisti in viam quaestionis incedere; et ab initio scriptorum tuorum testatus es te ipsum caecum esse. Ergo cum caeco nos oportet incedere, atque cum

1. L ܦܪܨܘܦܐ.

obcaecato in semita quaestionis ambulare.

28. Si ad instar inimicorum te confessus es nos redarguere, neque vera est redargutio tua, nec fidelis confutatio tua adversus verba nostra; neque contumeliis, nec conviciis, nec ulli ex his (verbis) quae ad confutationem verbi nostri scripsisti, nos convenit credere, quia ea inimicus dixit. Vide verbum tuum, * o docte, et noli in scriptis risum tuum tradere.

* L f. 4 r° c.

29. Recte audiisti verbum Apostoli, quod dixit : *Nolite quasi inimicum eum existimare, sed corripite eum ut fratrem*[1]. Et haec cui? Illi qui in delicto * defectuum praeoccupatur. *Si quis vestri praeoccupatus fuerit in delicto, vos qui spirituales estis, instruite eum in spiritu humili*[2]. Et, quia hunc doctorem recte audiisti, totum verbum tuum mansuetudine plenum est et humilitate atque paenitentia cum dolore! Nam ille qui legit verbum tuum, statim sentit passionem cogitationum tuarum, quae non his (sensibus) quos Paulus docuit, sed furore et ira et contumelia et conviciis moventur. Nec te puduit usque eo venire, ut quasi mulieres insipienter malediceres.

* V f. 2 r° c.

ܡܟܝܢ ܒܗ ܫܒܝܠܐ ܐܝܟ ܠܟ ܕܢܗܪܐ:
ܘܒܗ ܒܥܘܪܐ ܡܗܠܟܝܢ ܒܫܒܝܠܐ ܕܒܥܬܐ܀
ܐܢ ܒܕܡܘܬܐ ܕܒܥܠܕܒܒܐ ܐܘܕܝܬ
ܕܡܟܣ ܐܢܬ ܠܢ: ܠܐ ܫܪܝܪܐ ܡܟܣܢܘܬܟ
ܘܠܐ ܡܗܝܡܢ ܫܪܪܟ ܕܠܘܩܒܠ ܡ̈ܠܝܢ
ܘܠܐ ܨܥܪܐ ܘܠܐ ܓܘܕܦܐ ܘܠܐ ܚܕܐ ܡܢ
ܐܝܠܝܢ ܕܟܬܒܬ ܠܥܘܠܐ ܕܡܠܬܢ: ܠܐ
ܘܠܐ ܕܢܗܝܡܢ: ܡܛܠ ܕܡܢ ܒܥܠܕܒܒܐ
ܐܬܡܠܠ. ܗܘܝ ܚܙܝ ܕܡܠܬܟ: * ܐܘ
ܪܘܡܐ: ܘܠܐ ܬܬܠ ܓܘܚܟܟ ܒܟܬܒܬܐ܀
ܫܦܝܪ ܫܡܥܬܗ ܠܡܠܬܗ[1] ܕܫܠܝܚܐ
ܗܝ ܕܐܡܪ: ܕܠܐ ܐܝܟ ܒܥܠܕܒܒܐ ܬܚܫܒܘܢܗ:
ܐܠܐ ܗܘܝܬܘܢ ܡܪܬܝܢ ܠܗ ܐܝܟ ܕܠܐܚܐ.
ܘܗܠܝܢ ܠܡܢ: ܠܡܢ ܕܡܬܩܕܡ
ܒܫܘܒܩܢܐ * ܕܒܨܝܪܘܬܐ. ܐܢ ܐܢܫ ܒܟܘܢ
ܡܢܟܘܢ ܢܬܩܕܡ ܒܫܘܒܩܢܐ: ܐܢܬܘܢ
ܐܝܠܝܢ ܕܪܘܚܢܝܢ ܐܢܬܘܢ ܐܬܩܢܘܗܝ ܒܪܘܚܐ
ܡܟܝܟܬܐ. ܘܡܛܠ ܕܫܦܝܪܐܝܬ
ܫܡܥܬܝܗܝ ܠܗܢܐ ܡܠܦܢܐ: ܟܠܗ
ܡܠܬܟ ܡܠܝܐ ܢܝܚܘܬܐ ܘܡܟܝܟܘܬܐ
ܘܬܝܒܘܬܐ ܥܡ ܚܫܐ. ܗܘ ܓܝܪ ܕܩܪܐ ܠܗ
ܠܡܠܬܟ: ܡܚܕܐ ܪܓܫ ܐܦ ܚܫܐ
ܕܚܘܫܒܝܟ: ܠܗ ܕܡܬܪܓܫܝܢ ܒܗܠܝܢ
ܕܐܠܦ ܦܘܠܘܣ: ܐܠܐ ܒܚܡܬܐ ܘܪܘܓܙܐ
ܘܨܥܪܐ ܘܓܘܕܦܐ. ܘܠܐ ܐܬܒܗܬ ܕܬܐܬܐ ܥܕܡܐ
ܠܗܕܐ ܕܬܠܘܛ ܒܣܟܠܘܬܐ ܐܢܬܬܐ ܐܝܟ
ܢܫ̈ܐ܀

1. L ܠܡܠܬܗ.

1. II Thess., III. 15. — 2. Gal., VI, 1.

ܗܘܐ: ܐܝܟ ܕܡܫܬܘܕܝܐ ܡܠܬܟ: ܥܠ
ܗܠܝܢ ܡܟܣ ܗܘܝܬ ܠܝ. ܐܪܐ ܣܟܠܐ:
ܡܢܘ ܡܡܬܘܡ ܚܙܐ ܠܟ ܕܡܐܣܐ ܒܪܘܓܙܐ
ܠܪܘܓܙܐ[1]: ܘܡܫܬܠܐ ܩܥܬܐ ܒܩܥܬܐ: ܘܠܐܚܕ
ܠܚܡܬܐ ܒܚܝܠܐ ܕܚܡܬܐ.. ܗܢܘ ܕܝܢ
ܕܡܩܪܒ ܐܣܝܘܬܐ ܠܡܚܘܬܐ ܒܦܘܡ ܩܣܝܦܘܣ
ܘܣܝܦܐ. * ܟܕ ܒܥܐ ܗܘܝܬ: ܐܝܟ ܡܠܬܟ:
ܠܡܦܩܘ ܠܝ ܡܢ ܓܘܡܨܐ ܕܚܡܬܐ ܘܪܘܓܙܐ
ܘܕܚܘܣܕܐ ܘܕܨܥܪܐ: ܘܢܦܠܬ ܠܟ ܬܚܝܬ
ܡܢܝ. * ܫܛܝܘܬܝ ܕܝܢ ܨܒܐ ܗܘܝܬ
ܠܡܚܘܝܘ: ܘܫܛܝܘܬܟ ܓܠܝܐܝܬ ܚܘܝܬ
ܘܚܘܝܬ܀

ܒܡܢܐ ܠܐܠܦܢ ܦܘܠܘܣ ܕܢܙܕܟܐ
ܒܝܫܬܐ.. ܠܘ ܒܛܒܬܐ.. ܠܐ ܬܙܕܟܘܢ ܡܢ
ܒܝܫܬܐ: ܐܠܐ ܙܟܘ ܠܒܝܫܬܐ ܒܛܒܬܐ.
ܘܪܚܡܘܬܟ ܗܟܢܐ ܗܘܐ ܠܡܥܒܕ ܘܠܘ: ܐܢ
ܬܠܡܝܕܗ ܐܢܬ ܕܗܘ ܕܠܡܠܘܗܝ ܐܝܟ
ܒܐܣܟܡܐ ܥܪܩܬ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܗܕܐ
ܠܐ ܥܒܕܬ: ܒܥܠܕܒܒܐ ܐܝܬ ܕܡܠܦܢܘܬܗ
ܘܠܐ ܬܠܡܝܕܗ: ܐܝܟ ܕܣܗܕܢ ܐܦ ܗܢܝܢ
ܡܠܝܟ. ܒܝ ܓܝܪ ܚܙܝܬ ܫܘܒܗܪܐ. ܘܙܕܩ
ܗܘܐ ܕܬܠܒܫ ܐܝܟ ܠܘܩܒܠܗ ܡܟܝܟܘܬܐ.
ܒܝ ܕܝܢ ܐܫܟܚܬ ܪܚܡܬ ܐܝܩܪܐ: ܐܝܟ ܕܐܡܪ
ܐܢܬ. ܗܘܐ ܗܘܐ ܠܟ ܕܬܪܗܛ ܠܘܬ ܫܥܒܕܘܬܐ.
ܩܕܡܬܢܝ[2] ܕܡܠܐ ܐܢܐ ܚܪܝܢܐ ܘܒܥܬܐ
ܕܡܠܐ. ܠܘܬ ܦܝܣܐ ܕܫܪܪܐ ܙܕܩ ܗܘܐ ܕܬܦܝܣܢܝ.
ܘܡܬܟܬܫ ܐܢܐ ܗܘܝܬ ܘܠܐ ܡܬܡܨܝܢܐ: ܐܝܟ

30. Et ecce, ut confitetur verbum tuum, de his (rebus) me corripiebas. O (ἄρα) stulte, quis unquam a te visus est ira sanans iram, ac clamore compescens clamorem, et vi furoris cohibens furorem, hoc est, per acutum[1] gladium (ξίφος) vulneri admovens remedium? * Quaerebas, secundum verbum tuum, ex fovea furoris et irae et conviciorum et contumeliarum me educere; et infra me cecidisti. * Stultitiam meam volebas ostendere, et insaniam tuam manifeste ostendisti.

* L f. 4 v° a.

* V f. 2 v° a.

31. In quo nos docuit Paulus malum vinci? Nonne in bono? *Nolite vinci a malo, sed vincite in bono malum*[2]. Dilectionem tuam oportebat ita facere, si illius es discipulus, cuius ad verba in specie (σχῆμα) confugis. Sed, quia hoc non fecisti, doctrinae eius adversarius es, non autem discipulus eius, ut testantur ipsa quoque verba tua. In me enim superbiam vidisti. Te oportebat adversus eam induere humilitatem. In me ambitionem deprehendisti, sicut dicis. Te decebat ad submissionem currere. Praevenisti me contentione plenum esse ac quaestione verborum. Ad persuasionem (πεῖσις) veritatis te oportebat me

1. V ܪܘܓܙܐ ܠܪܘܓܙܐ. — 2. L ܩܕܡܬܢ.

1. Ad verbum : *Per aciem gladii.* — 2. Rom., XII, 21.

adducere. Inquirentem mysteria ineffabilia, sicut dicis, me invenisti. Te decebat me docere silentium fidei. * L f. 4 v° b. Inimicitiam odiumque erga alios * in me invenisti. Cum dilectione et amore animaeque bonitate tibi pul- * V f. 2 v° b. chrum erat * ad me accedere. Haec enim de te ipso quoque confiteris.

32. Audiisti me dicere (id) quod ineffabile est. Te non oportebat audere plus quam me, sed silentium mihi iubere per silentium tuum, ne impudenter tractaret lingua mea illa quae supra sensus sunt, sicut dicis. Quis enim arguitur, propter verbum Pauli, quod sub deprehensionem sensuum suorum subiiciat christianorum (χριστιανός) fidem? Cui convenit cum Apostolo praedicare : *Parum ex multo scio, atque parum ex multo propheto*[1]? (Utrum) mihi qui profiteor voces fidei, indagationem earum fugiens silentioque explanationem earum honorans, an tibi qui de unoquoque ex verbis fidei explanationem me rogas? Nonne arguisti, sicut dixisti, cum Paulo illum qui sub deprehensionem cogitationum humanarum subiunxit christianorum (χριστιανός) fidem? Quomodo igitur verbo tuo rogasti : « Explana mihi : Quomodo descendit hypostasis Filii de caelo? Quomodo (Deus)

ܕܐܡܪܬ ܐܝܟ: ܐܫܟܚܬܢܝ. ܘܠܐ ܗܘܐ ܠܟܝ
ܕܠܡܠܦܘܢܝ[1] ܫܬܩܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ.
ܒܒܥܠܕܒܒܘܬܐ ܘܣܢܐܬܐ ܕܠܘܬ ܐܚܪ̈ܢܐ
ܐܫܟܚܬ * ܒܝ. ܒܚܘܒܐ ܘܒܪܚܡܬܐ
ܘܒܛܝܒܘܬܐ ܢܦܫܝܐ ܫܦܝܪ ܗܘܐ ܠܟܝ ܕܬܬܩܪܒܝ
* ܠܘܬܝ. ܗܠܝܢ ܓܝܪ ܐܦ ܡܫܬܘܕܝܐ
ܐܢܬܝ ܥܠ ܢܦܫܟܝ܀

ܫܡܥܬܝ ܕܡܡܠܠܢܐ ܡܕܡ ܕܠܐ
ܡܬܡܠܠ. ܠܘ ܕܬܡܪܚܝ ܝܬܝܪ ܡܢܝ
ܙܕܩ ܗܘܐ: ܐܠܐ ܕܬܦܩܕܝܢ[2] ܠܝ ܒܫܬܩܟܝ: ܕܠܐ
ܬܡܪܚ ܠܫܢܝ ܥܠ ܐܝܠܝܢ ܕܠܥܠ ܡܢ
ܪ̈ܥܝܢܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪܬܝ. ܡܢܘ ܓܝܪ
ܡܬܟܣܣ ܡܢ ܡܠܬܗ ܕܦܘܠܘܣ: ܕܣܐܡ
ܠܬܚܬ ܡܕܪܟܢܘܬܐ ܕܪ̈ܥܝܢܘܗܝ ܠܗܝܡܢܘܬܐ
ܕܟܪܣܛܝܢܐ. ܠܡܢܘ ܠܫܠܝܚܐ ܕܢܟܪܙ ܥܡ
ܫܠܝܚܐ: ܕܩܠܝܠ ܡܢ ܣܓܝ ܝܕܥ
ܐܢܐ ܘܩܠܝܠ ܡܢ ܣܓܝ ܡܬܢܒܐ ܐܢܐ.
ܠܝ ܕܡܘܕܐ ܐܢܐ ܒܩܠܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ: ܟܕ
ܥܪܩ ܐܢܐ ܡܢ ܒܨܝܘܬܗܘܢ ܘܡܝܩܪ ܐܢܐ
ܠܦܘܫܩܗܘܢ ܒܫܬܩܐ: ܐܘ ܠܟܝ ܕܥܠ
ܟܠ ܚܕܐ ܡܢ ܡܠܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܦܘܫܩܐ
ܫܐܠܐ ܐܢܬܝ ܠܝ. ܠܐ ܗܐ ܒܟܣܢܐ: ܐܝܟ
ܕܐܡܪܬܝ: ܥܡ ܦܘܠܘܣ ܠܗܘ ܕܣܡܗ
ܠܬܚܬ ܡܕܪܟܢܘܬܐ ܕܚܘܫܒ̈ܐ ܐܢܫܝܐ
ܠܗܝܡܢܘܬܐ ܕܟܪܣܛܝܢܐ. ܐܝܟܢܐ ܡܕܝܢ
ܫܐܠܬ ܒܡܠܬܟܝ: ܕܦܫܘܩ ܠܝ ܕܐܝܟܢܐ

1. L ܕܬܠܦܝܢ. — 2. V ܕܬܦܩܕܝ.

1. I Cor., XIII, 9.

ܢܚܬ ܡܬܘܡܐ ܕܒܪܐ ܡܢ ܫܡܝܐ.· ܐܝܟܢ
ܐܬܓܫܡ.· ܐܝܟܢ ܗܘܐ ܒܪ ܐܢܫܐ.· ܐܝܟܢ * ܚܫ
ܠܐ ܚܫܘܫܐ.· ܐܝܟܢ * ܡܝܬ ܗܘ ܕܠܐ ܡܐܬ.·
ܗܠܝܢ ܓܝܪ ܫܘܐܠܐ ܕܡܗܝܡܢܐ ܠܐ
ܐܝܬܝܗܝܢ. ܘܥܠ ܗܠܝܢ ܘܕܐܟܘܬܗܝܢ: ܒܥܐ
ܕܐܪܓܫ ܒܪܐܙܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܕܟܪܣܛܝܢܐ
ܠܐ ܡܒܥܐ܀

ܐܦ ܗܠܝܢ ܓܝܪ ܐܝܬܝܗܝܢ ܐܪ̈ܙܐ
ܕܗܝܡܢܘܬܐ: ܕܢܚܬ ܡܢ ܫܡܝܐ ܗܘ
ܕܐܝܬܘܗܝ ܒܟܠ ܕܘܟ. ܘܥܡܪ ܒܟܪܣܐ ܗܘ
ܕܠܐ ܐܚܕ ܠܗ ܒܪܝܬܐ. ܘܣܦܩ ܠܗ
ܥܘܒܐ ܕܒܬܘܠܬܐ ܠܗܘ ܕܐܚܕ ܠܗ
ܠܚܘܕ ܥܘܒܐ ܕܐܝܬܘܬܐ. ܘܫܪܝ ܗܘ
ܕܠܝܬ ܠܗ ܫܘܪܝܐ. ܘܗܘܐ ܐܢܫܐ ܫܪܝܪܐ
ܐܠܗܐ ܟܝܢܝܐ. ܘܐܬܓܫܡ ܘܐܬܐܚܕ ܩܢܘܡܐ
ܠܐ ܡܬܐܚܕܢܐ. ܘܪܒܐ ܗܘܐ ܒܩܘܡܬܗ
ܦܓܪܢܐܝܬ ܗܘ ܕܓܡܝܪ ܘܡܫܡܠܝ
ܒܩܢܘܡܐ ܕܟܝܢܗ. ܘܐܬܬܚܡ ܒܨܝܪ ܐܬܪܐ
ܙܥܘܪܐ ܗܘ ܕܟܠܗܘܢ ܚܝܠܐ ܚܝܐ ܘܟܝܢܐ
ܘܛܟܣܐ ܒܗ ܡܬܬܚܡܝܢ. ܘܚܫ ܘܡܝܬ
ܡܛܠ ܦܘܪܩܢܐ ܕܟܠܗܘܢ ܚܝܐ ܗܘ
ܡܠܬܐ ܕܐܬܓܠܝ ܒܒܣܪ. ܗܠܝܢ ܘܕܐܟܘܬ
ܗܠܝܢ ܐܝܬܝܗܝܢ ܐܪ̈ܙܐ ܕܗܝܡܢܘܬܗܘܢ
ܕܟܪܣܛܝܢܐ. ܘܟܠ ܐܝܢܐ ܕܝܕܥ ܠܗܘܢ:
ܝܕܥ ܕܠܐ ܡܬܕܪܟܝܢ. ܘܐܝܢܐ ܕܐܕܪܟ ܐܢܘܢ:
ܗܘ * ܝܕܥ ܕܠܐ ܡܬܦܫܩܝܢ܀

ܐܡܪܬ ܥܠܝ ܕܐܠܘ ܒܝܕܥܬܐ ܐܬܕܪܫܬ
ܠܫܬܝܩܘܬܐ ܡܝܩܪ ܗܘܝܬ: ܡܛܠ ܬܕܡܘܪܬܐ

incorporatus est? Quomodo factus est homo? Quomodo * passus est impassibilis? Quomodo * mortuus est immortalis?» Hae rogationes enim fidelium non sunt; nec de his et de eis similibus inquirit quicumque fidei christianorum (χριστιανός) mysterium sensit. * L f. 4 v° c. * V f. 2 v° c.

33. Etenim haec quoque fidei mysteria sunt : De caelo descendit ille qui est ubique. Et in utero habitavit ille quem mundus non continet. Et suffecit sinus Virginis illi quem tantum sinus essentiae continet. Et initium habuit ille cui non est initium. Et factus est homo verus Deus naturalis; et incorporatus est; et apprehensa est hypostasis inapprehensibilis. Et crescebat in statura sua corporaliter ille qui integer et perfectus est in hypostasi naturae suae. Et intra regionem exiguam limitatus est ille in quo limitantur omnes vires vivae et naturae et ordines (τάξις). Et passum est et mortuum est propter salutem omnium vitarum illud Verbum quod in carne manifestatum est. Haec et talia fidei christianorum (χριστιανός) mysteria sunt; et quicumque ea cognoscit, scit ea non deprehendi, ac ille qui ea deprehendit, ipse * scit ea non explanari. * L f. 5 r° a.

34. Dixisti de me : « Si in scientia exercitatus esses, silentium honorares propterea quod stupor mihi occurrit[1],

1. Ad verbum : *Propter stuporem qui mihi occurrit.*

* V f. 5 r° a. * verborumque paucitatem diligeres. » Hoc (quidem) ipsum verbum tuum testatur, cum ignorantiam (ἰδιωτεία) mihi exprobras : « Haec est tota doctrina tua : Mortuus est immortalis; passus est impassibilis; factus est ille qui est. » Ecce verborum meorum paucitatem tu agnovisti.

35. Tu vero, o sapiens, qui te ipsum profiteris[1] fidem honorare et te confiteris mysterium eius silentio tenere, de unoquoque e capitulis fidei explanationem me rogasti : « Quomodo descendit hypostasis de caelo? Metaphorice? Vere? Naturaliter? Hypostatice? » Hae tuae rogationes cuiusdam sunt fidelis? Et : « Si nescis quomodo descenderit, noli dicere : Descendit; sed mendacem dic Librum. » Et, cum Liber dicat : Descendit, tu me doces confiteri : Non descendit. Et : « Si quis dicit unum ex Trinitate Christum esse, haec est blasphemia. » Et illud quod scriptum
* L f. 5 r° b. est : * Deus factus est homo, nec mutatus est, tu scripsisti : « Non factus est, ideoque non mutatus est. » Et illud quod a patribus nostris dictum est : Incorporatus est mansitque spiritualis, dixisti : « Non incorporatus est et propter hoc spiritualis mansit. » Et illud quod Paulus dixit :
* V f. 5 r° b. *Misit * Deus Filium suum, et factus est*

ܕܦܫܟ ܒܝ: *ܘܪܚܡܬܐ ܡ̈ܠܐ ܙܥܘܪ ܗܘܝܬ. ܘܡܠܬܟ ܗܕܐ: ܗܝ ܡܣܗܕܐ ܗܘܬ: ܟܕ ܡܚܣܕ ܐܢܬ ܠܝ ܒܗܕܝܘܛܘܬܐ: ܕܗܢܘ ܠܡ ܟܠܗ ܡܠܦܢܘܬܟ. ܡܝܬ ܠܐ ܡܝܘܬܐ. ܚܫ ܠܐ ܚܫܘܫܐ. ܗܘܐ ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ. ܗܐ ܐܢܬ ܐܘܕܥܬ ܟܠܗ ܙܥܘܪܘܬܐ ܕܡ̈ܠܝ܀

ܚܟܝܡܘܬܟ ܕܝܢ ܕܡܘܕܐ ܐܢܬ ܢܦܫܟ ܡܝܩܪܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ: ܘܡܫܬܐܠܢܐ ܐܢܬ ܕܒܫܬܩܐ ܐܣܝܪ ܐܢܬ ܐܪܙܗ: ܥܠ ܟܠ ܚܕ ܡܢ ܪ̈ܫܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܦܘܫܩܐ ܫܐܠܬܢܝ: ܕܐܝܟܢܐ ܢܚܬ ܩܢܘܡܐ ܡܢ ܫܡܝܐ܆ ܒܐܣܟܝܡܐ܆ ܫܪܝܪܐܝܬ܆ ܟܝܢܐܝܬ܆ ܩܢܘܡܐܝܬ܆ ܗܠܝܢ ܫܘܐܠܐ ܕܐܢܫ ܡܗܝܡܢܐ ܐܢܘܢ܆ ܘܐܢ ܗܘ[1] ܠܡ ܕܠܐ ܝܕܥ ܕܐܝܟܢ ܢܚܬ: ܠܐ ܬܐܡܪ ܕܢܚܬ. ܐܠܐ ܕܓܠܝܘܗܝ ܠܟܬܒܐ. ܘܟܕ ܟܬܒܐ ܐܡܪ ܕܢܚܬ: ܐܢܬ ܡܠܦ ܐܢܬ ܠܝ ܕܐܘܕܐ ܕܠܐ ܢܚܬ. ܘܕܐܡܪ ܚܕ ܡܢ ܬܠܝܬܝܘܬܐ ܗܘ ܡܫܝܚܐ: ܠ ܐܢܫ ܠܡ ܬܐܡܪ: ܕܓܘܕܦܐ ܗܝ. ܘܗܝ ܕܟܬܝܒܐ *ܕܗܘܐ ܐܠܗܐ ܒܪܢܫܐ ܘܠܐ ܐܫܬܚܠܦ: ܟܬܒܬ ܐܢܬ ܕܠܐ ܗܘܐ ܘܡܛܠܗܕܐ ܠܐ ܐܫܬܚܠܦ. ܘܗܝ ܕܐܡܝܪܐ ܠܐܒܗ̈ܝܢ ܕܐܬܓܫܡ ܘܩܘܝ ܪܘܚܢܐ: ܐܡܪܬ ܕܠܐ ܐܬܓܫܡ ܘܡܛܠ ܗܢܐ ܩܘܝ ܪܘܚܢܐ. ܘܗܝ ܕܐܡܪ ܦܘܠܘܣ ܕܫܕܪ *ܐܠܗܐ ܠܒܪܗ ܘܗܘܐ

1. V ܘܐܢܗܘ.

1. Ad verbum : *Sapientia tua vero, qui te ipsum profiteris.*

ܡܢ ܐܢܬܬܐ: ܐܡܪܬ ܐܝܬ ܕܒܪܢܫܐ ܗܘ ܗܘ[1]
ܕܐܫܬܕܪ. ܘܗܝ ܕܟܬܒ ܝܘܚܢܢ ܕܡܠܬܐ
ܒܣܪܐ ܗܘܐ: ܟܬܒܬ ܐܝܬ ܠܘܩܒܠܗ:
ܕܡܬܚܙܝܢܘܬܐ ܐܫܬܟܚܬ ܕܗܘܐ ܟܕ ܠܐ ܗܘܐ
ܒܫܪܪܐ. ܘܟܕ ܟܬܒܐ ܡܒܣܪܝܢ ܚܫܐ ܘܡܘܬܐ
ܥܠ ܒܪܐ ܕܐܠܗܐ: ܐܝܬ ܟܬܒܬ ܕܒܪ ܐܢܫܐ
ܗܘ ܕܡܝܬ ܟܝܢܐܝܬ. ܘܗܘ ܗܢܐ ܒܪܢܫܐ:
ܐܝܟ ܕܐܡܪܬ: ܟܝܢܐܝܬ ܐܬܝܠܕ ܘܟܝܢܐܝܬ
ܪܒܐ ܗܘܐ ܘܟܝܢܐܝܬ ܘܡܬܐܠܨܢܐܝܬ ܟܦܢ ܗܘܐ
ܘܨܗܐ: ܘܚܠܡ ܗܘܐ ܘܕܡܟ: ܘܡܬܥܡܠ ܗܘܐ
ܘܠܐܐ: ܘܚܫ ܗܘܐ ܘܡܐܬ. ܘܬܘܒ: ܗܝ ܕܡܢ
ܟܠܗܝܢ ܣܟܠܐ ܘܪܫܝܥܐ: ܟܬܒܬ ܕܐܦ
ܟܝܢܐܝܬ ܩܡ ܘܟܝܢܐܝܬ ܬܘܒ ܐܬܒܪܝ ܒܓܘ
ܟܪܣܐ: ܐܝܟ ܕܐܡܪܬ: ܡܢ ܐܠܗܐ[2] ܒܪܘܝܐ
ܕܟܝܢܘܬܐ ܟܠܗܝܢ. ܘܗܝ ܕܐܡܪ ܡܪܢ ܕܫܪܘ
ܗܝܟܠܐ * ܗܢܐ ܘܐܢܐ ܒܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ
ܡܩܝܡ ܐܢܐ ܠܗ: ܦܫܩܬ ܐܝܬ ܕܝܫܘܥ
ܐܝܬܘܗܝ ܗܝܟܠܐ ܕܐܫܬܪܝ ܘܐܩܝܡܗ ܐܠܗܐ
ܕܒܗ. ܘܗܝ ܕܐܡܪ ܦܘܠܘܣ ܕܐܠܗܐ ܗܘܐ
ܒܡܫܝܚܐ ܕܪܥܐ ܠܥܠܡܐ ܥܡ ܪܒܘܬܗ:
ܐܡܪܬ ܐܝܬ ܕܒܪܐ ܟܝܢܝܐ ܒܝܕ ܡܫܝܚܐ.
ܘܗܝ * ܕܐܬܐܡܪܬ ܕܝܫܘܥ ܕܡܢ ܢܨܪܬ ܡܬܟܪܟ
ܗܘܐ ܘܡܐܣܐ ܠܗܢܘܢ ܕܐܬܢܟܝܘ ܡܢ ܒܝܫܐ:
ܡܛܠ ܕܐܠܗܐ ܗܘܐ ܥܡܗ: ܟܬܒܬ
ܘܡܠܬܐ ܕܒܝܩ ܗܘܐ ܠܝܫܘܥ ܘܥܒܕܢ ܗܘܐ
ܒܗ ܐܬܘܬܐ. ܘܬܘܒ ܗܝ ܕܡܟܝܠ ܢܩܝܡ ܠܟܘܢ

ex muliere[1], tu dixisti : « Homo est (ille) qui missus est. » Et illud quod Ioannes scripsit : *Verbum caro factum est*[2], tu scripsisti adversus hoc : « Visum est factum esse, etsi vere non factum est. » Et, cum Libri de Filio Dei passionem mortemque praedicent, tu scribis : « Homo est (ille) qui naturaliter mortuus est. Et ipse hic homo, » sicut dixisti, « naturaliter natus est, et naturaliter crescebat, et naturaliter atque necessario esuriebat sitiebatque, et somniabat dormiebatque, et laborabat eratque fatigatus, et patiebatur moriebaturque. » Et rursus illud quod prae omnibus stultum est ac impium, scripsisti : « Naturaliter quoque resurrexit, et naturaliter rursus creatus est intra uterum, » sicut dixisti, « a Deo factore omnium naturarum ». Et illud quod Dominus noster dixit : *Solvite templum * hoc, et ego in tribus diebus excito illud*[3], tu explanasti : « Iesus est templum quod solutum est, idque excitavit Deus qui (erat) in eo. » Et illud quod Paulus dixit : *Deus fuit in Christo, qui mundum reconciliavit cum dominatione sua*[4], tu dixisti : « Filius naturalis per Christum. » Et illud * quod dictum est : *Iesus a Nazareth circumibat, et hos qui a Malo vexati sunt sanabat, quia Deus fuit cum eo*[5], scripsisti : « Verbum Iesu adhaerebat, et signa in eo

* L f. 5 r° c.

* V f. 5 r° c.

1. L om. ܗܘ. — 2. L om. ܐܠܗܐ.

1. Gal., IV, 4. — 2. Ioann., I, 14. — 3. *Ibid.*, II, 19. — 4. II Cor., V, 19. — 5. Act., X, 38.

